



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

347156

ARISTOTELIS

DE ARTE RHETORICA

LIBRI TRES.

CAROLO SIGONIO

INTERPRETE.



VENETIIS,

Ex OFFICINA Stellæ Iordani Ziletti.

M D L X V I.

MO
ORNATISS. VIRO
HORATIO MALEGVTIO,
PATRICIO REGIENSI,
CAROLVS SIGONIVS s.



VANTVM ingenium Aristoteles, quantamque ad res omnes, quæ aliqua doctrinæ laude continerentur, inuestigandas, tradendasq; solertiam, atque elegantiam adhibuerit; quanquam nemo est, qui primoribus modo labris diuinos illius artium omnium commentarios degustarit, se non optime nosse profiteatur; ure tamen pauci sunt, qui rectum de re tanta ferre iudicium queunt. Plerique enim eorum, qui eiusmodi in studio his temporibus elaborant; quod aut græca non intelligant, aut commodius certe latina percipiunt; gracos Aristotelis libros haudquam attingunt; ijs unis delectantur, qui de græcis quoquo modo conuersi sunt:

a 2 quibus

quibus quidem satis constat, ad doctrinam, ue-
nustatemque Aristotelicam cognoscendam fin-
gi nihil posse peruersius; siquidem qui scripta
Aristotelis latinis adhuc litteris expesserunt,
ij fere sententiam quidem uix, nitorem uero,
acumenque, ac breuitatem illam huius philoso-
phi propriam, nequaquam consequi potuerunt:
nimurum quod eorum alijs solis uerbis, alijs solis
sententias exprimendis intenti, non magnopere
de utroq; coniungendo officio laborarunt. Ete-
nim qui ea se obstrinxerunt religione, ut sin-
gulas uoces eodem, quo græce sunt ordine, re-
ferrent, atque quodammodo numerarent; ij se
potissimum in illos difficultatum laqueos indu-
re, ut non dicendi solum formulas latinis homi-
nibus inauditas, ac uoces plane barbaris ad-
bibere saepe coacti sint; uerum ut ineptum quen-
dam etiam, atque obscurum, ac prope fer-
reum scriptorem ubique representarint: con-
tra uero qui superstitionis illud uerborum au-
cupium auersati, totos se concipienda, atq; ex-
plicanda, quoquo modo, sententiæ dediderunt;
ij in eo peccarunt, quod uerborum copia omnia
dilatare, atque oratorio numero comprehen-
dere uoluerunt: quod ut ipsi affèquerentur (ne-
que enim eiusmodi Aristotelis tenuitas orna-
menta requirit) multa interdum omiserunt,
nonnulla etiam ad perficiendum, ac prope ro-
tundandum ambitum addiderunt: ex qua factum
est,

est ; ut ex illorum interpretatione propter ni-
miam ieiunitatem s̄aþe nullum ; ex horum au-
tem propter luxuriantem ubertatem raro com-
modum sensum eliciamus. Atque his quidem
utiis cum omnes ferme Aristotelis interpre-
tes sunt affecti , tum maxime , qui adhuc libros
illius rhetoricos attigerunt ; etenim neminem
paullo elegantiorem inueniatis , quin gratiam scri-
bendi Aristotelicam inani uerborum uarietate ,
et elatiore quodam spiritu persequatur ; nemi-
nem item paullo prudentiorem , quin , ut singu-
la uerba reddat , noua aliquot dicendi genera ,
immo potius fæda quædam latinæ linguae por-
tenta in Aristotelicam disciplinam inducat :
quasi uero aut elegans illa Aristotelis (ut ita
dicam) siccitas , nisi corruptis priscis latinæ ora-
tionis formulis apte exprimi ; aut , exquisita hæc
præceptorum grauitas , nisi addendo , demen-
doque , utq; grandiorem sine ratione numerum
aucupando , commode repræsentari non posse .
Neque uero inficiatis ibo , quin cum omnis inter-
pretandi ratio lubrica , ac difficilis sit ; tum hæc
ipsa , quana ego in plerisque desidero , omnium
maximis difficultatibus impedita sit ; quippe
qua medium quandam uiam ingressa , extrema
illa , de quibus dixi , uitiosa , atque corrupta
defugiat nequam laudem nemo unquam , nisi ma-
gnis instructus ad intelligendum , agendumque
præsidius , præclare est mea quidem sententia

conse-

consequutus . Veruntamen , quoniam res est
præclara , atque doctorum omnium studio , &
exercitatione dignissima ; experietur , si me au-
diat , unusquisque , quoad licuerit , quantum in
hoc genere aut ingenio consequi , aut diligen-
tia possit . Ac me quidem ut hoc ipsum in tri-
bus præsertim oratorijs eius tentarem hoc tem-
pore , animus impulit ; tum ut multorum hoc a
me in Patauino , Bononiensique gymnasio pe-
tentium summis studiis , honestissimisque obse-
querer ; tum uero , ut consiliij , iudiciique buina
de recta interpretandi ratione mei effigiem , si
possem , aliquam adumbrarem ; sic enim eos
uerti , ut neque diligentiam priorum in singulis
uerbis , quoad res pateretur , reddendis ; neque
spiritum posteriorum in sententia eo , qui à
uerbis dabatur , numero concludenda neglexe-
rim : uerum ut multum de ridicula illorum su-
perstitione , sic non minimum de periculo ho-
rum in conuertendo libertate detraxerim ; ac ue-
tere demum latinorum in dicendo , quoad eius
fieri potuit , consuetudine conseruata ; non sensa
solum , sed uerba etiam summi rhetoris referre
cum aliqua breuitatis , & cuiusdam quasi in di-
sputando sobrietatis eius emulacione , conatus
sim . Fecit autem cum summum meum erga te
studium , præstantissimur Horati ; tum præci-
puum quoddam de te iudicium , ut mea huius ,
quæcumque sit , lucubrationis opus uoluerim in
tuo

tuo potissimum nomine diulgari ; etenim si tri-
buendum amori in eiusmodi re fuit aliquid ;
quem potius hoc munere ornarem , quam te
ipsum , quo neminem iampridem habeo , aut
amicitiae uetusitate coniunctiorem , aut animi er-
ga me propensione superiorem ? si uirtuti ; ea
primum nobilitas tua est , ut maximo quoque
honore dignissimus uidearis ; ea porro doctrina ,
ut de toto hoc genere unus præter ceteros pos-
sis optime iudicare : cum præsertim satis con-
stet , te cum domi tuae familiae uetusitate , ac
maiorum dignitate florere ; tum ab ineunte æ-
tate non in tota solum philosophia magna cum
ingenij laude uersatum esse ; uerum (quod raro
contingere solet) singularem quandam etiam
interiorum harum litterarum notitiam adiun-
xisse . Vale . BONONIAE . Idib . Se-
ptembr . M D L X V .

ARISTOTELIS

ARTIS RHETORICAE,

Carlo Sigonio Interprete;

LIBER PRIMVS.



Artem Rheticam esse.



RHETORICA respondet Dia-
lecticæ; ambæ enim de eius-
modi quibusdā rebus sunt,
quæ communes quodam+
modo sunt omnium ad co-
gnoscendū, nec ullius scien-
tiæ definitæ. itaque omnes utriusque quo-
dammodo participes sunt; siquidem om-
nes quadam tenus & exquirere, ac quæ
stionem tueri; & defendere, atque accusa-
re conantur. Ac ex uulgari quidem mul-
titudine alij temere hæc faciunt, alij pro-
pter consuetudinem ab habitu . quoniam
autem utroque modo contingit, profecto
eadem etiam conficere ratione, & uia li-
cebit; quamobrem enim consequuntur,
quod uolunt tum qui consuetudine dicunt,
tum qui casu; caussam perscrutari licet;
id quod demum omnes artis munus esse
concesserint, sive non ipsa sive obicitur.

A

Ar-

Artem rhetorican ab alijs im
perfecte traditam esse .

A C Q VI artem quidem hoc tempo-
re orationum componunt , exiguam eius
particulam tradiderunt ; quia solæ fides ar-
tificiosæ ; reliqua uero additamenta sunt :
at hi de enthymematibus , quod corpus est
fidei , nihil dicunt ; de ijs uero , quæ sunt
extra rem , plurima tradunt : siquidem cri-
minatio , & misericordia , & ira , & eius-
modi affectus animi non de re sunt ; uerum
ad iudicem referuntur . Quare si in omni-
bus esset iudicijs , perinde ac in nonnullisq;
nunc est ciuitatibus , & præsertim bene cō-
stitutis ; nihil haberent , quod dicerent :
omnes enim partim censem , ita leges opor-
tere iubere ; partim uero etiam obseruant ,
& prohibent , extra rem dicere ; quemad-
modum etiam in Areopago ; recte ita sta-
tuentes ; neque enim iudicem distorquere
oportet , ad iram impellendo , aut inui-
diam , aut misericordiam ; quia perinde
est , ac si quis regulam , qua usurus est , tor-
queat . Præterea uero perspicuum est , con-
trouersantis nihil esse , præterquam ostendere ; rem esse , aut non esse ; aut factam ,
aut

aut non factam esse : magna uero , an par-
ua ; aut iusta , an iniusta sit (quæ legislator
non enodauit) ipsum nimirum iudicem
oportere cognoscere , neque a controuer-
fantibus discere . Ac maxime quidem con-
uenit , recte conditas leges omnia , quæcun-
que possunt , ipsas decidere , & quam pau-
cissima ijs , qui iudicant , permettere ; pri-
mùm , quia unum nancisci , & paucos fa-
cilius est , quam multos , qui recte sentiant ,
& possint leges condere , & ius constitueret ;
deinde legum lationes longa prouisione ani-
mi fiunt ; iudicia uero derepente ; ut diffi-
cile sit , eos , qui iudicant , iustum , ac uti-
le recte reddere ; quod autem omnium ma-
ximum est , quia legislatoris iudicium non
de parte , neque de præsentibus ; sed de fu-
turis , & de toto est ; concio uero , & iudex
de præsentibus iam , ac certis iudicant ;
quibus cum & amor demum , & odium ,
& proprium commodum coniunctum est
sæpenumero , ut ueritatem perspicere am-
plius nequeant ; sed iudicio propria uolu-
ptas , aut dolor officiat . Ac aliarum qui-
dem rerum (quemadmodum dicimus)
quam paucissimarum constituere domi-
num iudicatorem oportet : factum uero
sit , an non factum ; futurum , an non futu-
rum ; sit , an non sit ; iudicatoribus per-

A 2 mit-

mittere necesse est ; neque enim , ut ea legislator prouideat , fieri potest . Quæ , si ita habent ; sane perspicuum est , quæ sunt extra rem eos tradere , qui cetera persequuntur ; ut , quid oporteat procœmum , aut narrationem habere , atque unanquamq; partium aliarum ; quia nihil in ijs præcipiunt aliud , quam quo pacto cuiusdam modi iudicatorem efficiant : artificiosas uero fides haud quaquam attingunt ; hoc est , unde aliquis enthymematicus erit . Ob hanc enim causam (cum eadem ratio , ac uia concionum , iudiciorumque sit ; cumque pulchrior , & ciuilior concionum tractatio sit , quam contractuum) de illa quidem nihil loquuntur , de litigando uero præcipere omnes conantur ; quia minus suppetit , quæ extra rem sunt in concionibus dicere ; & minus malitiosa iuris disputatione concio est , sed communior ; hic enim iudicator propriis de rebus iudicat ita , ut nihil aliud opus sit , quam demonstrare , ita se habere , ut ait ille , qui consultit ; in iudicijs uero non est hoc satis , sed præstat auditorem arripere ; quia de alienis rebus iudicium est : quo fit , ut ad se referentes , & ad gratiam audientes , controversantibus largiantur , non autem iudicent . itaque multis in locis (ut modo dixi) lex extra rem dicere pro-

prohibet; ibi uero iudicatores ipsi hoc custodiunt satis. Quoniam autem artificio-sam methodum circa fides uersari perspi-
cium est; fides uero demonstratio quādā
est, (tum enim fidem habemus maxime,
cum demonstratum esse opinamur) est au-
tem oratoria demonstratio enthymema;
atque hoc (ut simpliciter dicam) fides est
nulla potentior; enthymema uero syllogis-
mus est quidam; de syllogismo uero æque
omni uidere dialecticæ est aut ipsius to-
tius, aut partis alicuius; profecto qui ma-
xime potest uidere, ex quibus, & quo mo-
do fiat syllogismus; hic etiam enthymema-
ticus erit maxime; cum assumpserit, in-
quibusque uersentur enthymemata; &
quemadmodum a logicis differant syllogis-
mis; etenim uerum, & simile uero eius-
dem est facultatis uidere; quin & homi-
nes ad uerum a natura facti sunt satis, &
plerunque ueritatem assequuntur: itaque
ad probabilia coniicienda aptum esse, eius
est, qui ad coniiciendam etiam ueritatem
est aptus. Ac quemadmodum quidem ce-
teri & quæ sunt extra rem ad artem re-
uocent, & quare potius ad iuris disputa-
tionem deflexerint, patet.

6 A'RIST. ART. RHET.
Rheticam utilem esse.

V T I L I S autem est rhetorica ; quòd uera, & iusta, natura, meliora sunt, quàm contraria usque adeo, ut, nisi, prout conuenit, iudicia fiant ; ex ipsis superari necesse sit ; id quod reprehensione dignum est : deinde uero cum nonnullis, neque si exquisitissimam habeamus scientiam, facile est, ab illa persuadere, loquendo ; est enim doctrinæ ea, quæ refertur ad scientiam ratio ; hoc autem effici non potest : immo ex communibus fides, rationesque ducere necesse est : perinde ut in Topicis de colloquijs cum uulgi multitudine, diximus : præterea uero contrarias res posse persuadere, non aliter atque in syllogismis, oportet ; non, ut faciamus utrumque, (neque enim prauas persuadere debemus) sed ne latet, quo modo se habeat ; & ut aliud rationibus his iniuste utentem refutare possimus ; ac aliarum quidem artium nulla cōtrarias res syllogismo cōcludit ; sed Dialectica, & Rhetorica solæ hoc faciunt ; quia peræque sunt ambæ contrariorum ; subiectæ tamen res non eodem modo se habent ; sed semper ueræ, & meliores, natura, facilius syllogismo concludi , meliusque persuadere.

persuaderi possunt, ut simpliciter dicam: ad hæc absurdum est, si turpe sit, non posse sibi corpore subuenire; oratione uero nō sit turpe; quæ magis hominis propria est, quam corporis usus. quod, si quia ualde nocuerit, qui eiusmodi rationum facultate iniuste utatur; & hoc commune est aduersus omnia bona, præter uirtutem; & maxime aduersus ea, quæ utilissima sunt; ut robur, ualetudinem, diuitias, rei militaris scientiam; hac enim aliquis proderit plurimum, si utatur iuste; & nocuerit, si iniuste. Ac non esse quidem unius cuiusdam generis definiti Rheticam; sed perinde ac Dialecticam; eamque utilem esse; perspicuum est: neque fidem facere munus eius esse; sed uidere, quæ in quaque re ad fidem idonea, siue persuasibilia, insint; quemadmodum & in alijs artibus omnibus; neque enim medicinæ est, sanum facere; sed quatenus fieri potest, eatenus perducere; quippe cum & qui non possunt sanitatem consequi, liceat tamen curare recte: ad hæc uero eiusdem esse, uidere & persuasibile, & quod uidetur persuasibile; perinde ac in Dialectica, syllogismū, & qui uidetur sylogismus; neq; enīn sophisticus est in facultate, sed in præelectione: uerum hic quidem unus erit ex scientia, alter uero ex

A 4 præ-

præelectione, orator; ibi uero sophista quidem ex præelectione, dialecticus autem non ex præelectione; uerum ex facultate?

Rheticam esse facultatem uidendi, quod idoneum sit ad fidem.

NVNC uero de hac methodo demus operam, ut & quo modo, & ex quibus proposita consequi poterimus; exponamus. Tanquam igitur deintegro ordientes reliqua; definito, quid ipsa sit; exequiamur. Sit ergo Rhetorica facultas uidendi, quod in quaque re ad fidem idoneum esse continet; hoc enim nullius alterius est artis munus; quia aliarum unaquaque circa id, quod ipsis subiectum est, docendi uim, ac persuadendi exercent; ut Medicina circa sanabile, & morbosum; & Geometria circa affectus, qui accidunt magnitudinibus; & Arithmetica circa numerum; similiterque reliquæ etiam artes, ac scientiæ: Rhetorica uero de re data (ut ita dicam) existimat posse persuasibile commentari: quo fit, ut eam circa aliquod genus proprium definitam uim artis exercere negemus.

Fidem

Fidem unam esse artificiosam,
alteram expertem artis.

FIDES autem aliæ carentes arte sunt;
aliæ artificiosæ : carentia uero arte uoco;
quæ nos non peperimus; sed ante erant;
ut testes, quæstiones, syngraphæ, & quæ
sunt generis eiusmodi : artificiosa uero di-
co ; quæ per artem, & per nos parere pos-
sumus : quo fit, ut illis quidem uti; hac
uero inuenire debeamus.

Fides artificiosas esse, demon-
strationem, affectus, & mores.

FIDES autem, quæ ratione pariun-
tur, in tres species diuiduntur; nam aliæ
sunt in moribus eius, qui dicit; aliæ in eo,
ut aliquo modo afficiatur ille, qui audit;
aliæ in ipsa ratione, propterea quia demon-
strant, aut demonstrate uidentur. Ac
propter mores quidem; quoties ita dicta
fuerit oratio, ut fide dignum reddat eum,
qui dicit; probis enim assentimur uehe-
mentius, ac citius; cum in omnibus qui-
dem rebus simpliciter; tum uero in qui-
bus

bus certi nihil est , uerum ambigitur ; etiam utique : uerum oportet hoc etiam ope orationis usuuenire ; non autem , quia anticipatum opinione sit ; cuiusdam modi cum esse , qui dicit ; neq; enim est , perinde ac nonnulli dicendi artifices dicentis probitatem in Arte posuerunt ; quasi mores ad fidei uim nihil proficiant ; sed potentissimā propemodum (ut ita dicam) fidem obtinent : propter auditores autem ; quando ad affectum ab oratione compulsi sint ; neque enim eodem modo iudicia facimus dolentes , ac gaudentes ; aut amantes , ac odio inflammati ; qua de re uel sola conari tradere qui de dicendi arte nunc scribunt , asserimus ; atque hæc quidem sigillatim explanabuntur tum , cum de affectibus disputabimus : propter rationes autem assentiuntur , cum uerūm , aut quod uideatur , ostenderimus ex iis , quæ in quaue re sint ad fidem , accommodatis . Quoniam igitur fides per hæc fiunt ; perspicuum est ; tria hæc consequi eius esse , qui conclude-re syllogismo possit ; & qui perscrutari mores , ac uirtutes ; & tertio loco qui affectus , quidque singuli sint , & quales nam , & ex quibus excitentur , & quo pacto ; ex quo efficitur , Rheticam quasi agnatum quiddam esse dialectices ; & particulam eius ,

eius, quæ de moribus est, disputationis; quam, par est, appellare politicam; itaque suscipit personam politicæ & rhetorica, & ii, qui sibi hanc vindicant; partim propter inscitiam; partim propter arrogantiā; partim propter alias etiam caussas humanae; est enim particula quædam dialectices, & similitudo (quemadmodum initio diximus) neutra enim earum de aliqua re definita scientia est, quo pacto se habeat: sed parandarum rationum quadam facultates. Ac de ui quidem earum, & quo modo inter se affectæ sint, ferme disputatum est satis.

Demonstrationem oratorium enthymemate, & exemplo fieri; & quid eorum utrumque sit.

QV AE uero fides aut demonstrando, aut speciem demonstrationis afferendo, fiunt; ut in dialecticis, una est induc^{tio}, altera syllogismus, alia is, qui speciem præ se fert syllogismi; item hic eodem modo; est enim exemplum induc^{tio}, enthymema uero syllogismus: uoco autem enthymema oratorium syllogismum; exemplum ue-

ro

et inductionem oratoriam : omnes autem demonstrando fidem faciunt, aut exempla, aut enthymemata proferentes ; & praeter ea quodammodo nihil. Quare, si omnino necesse est, ut syllogismo, aut inductione quocunque, aut quencunque demonstremus (quod nobis liquet ex Analyticis) utrumque eorum, cum utroq; horum idem esse necesse est . Quid uero inter exemplū, & enthymema intersit ; declaratur ex Topicis ; ibi enim de syllogismo, & inductione ante dictum est ; nempe, cum in multis, & similibus ita se habere ostenditur ; ibi quidem inductionem esse ; hic uero exemplum : at uero, quibusdam existentibus, ex iis effici aliud quid , praeter ea ; quia ea sint aut in totum, aut plerunque ; ibi quidem syllogismum ; hic uero enthymema vocari . Neque uero dubium est , quin utrumque bonum species quoque rhetoricae habeat ; si quidem perinde in his se res habet , ac in Methodicis dictum est ; sunt enim oratoriæ dictiones aliae exemplares ; aliae enthymematicæ ; itemq; oratores alii exemplares , alii enthymematici : nec uero minus ad fidem appositæ sunt orationes, quæ exemplis ; sed uehementius perturbant enthymematicæ : causam uero eorum ; & quo modo utroque utendum sit :

post

post dicemus : nunc de his ipfis apertius explicemus.

Quæ sit materia , & forma en-thymematis .

Q V O N I A M enim persuasibile est ali cui persuasibile ; atque unum quidem sta- tim est ex se persuasibile , & credibile ; alterum uero , quia ex talibus demonstratum uidetur esse ; nulla uero ars intendit singulare , ut Medicina ; quod Socrati sa- lubre sit , aut Calliz ; sed , quod tali , aut ta- libus (hoc enim est artificiosum ; singula- re autem infinitum est , & scientia compre- hendi non potest) sane nec rhetorica sin- gulare probabile contemplabitur , ut quod Socrati , aut Hippiz ; sed quod talibus ; pe- rinde ac dialectica : etenim illa syllogismū colligit non ex quibuslibet (uidentur enim quædam etiam delirantibus) sed illa qui- dem ex iis , quæ rationēm desiderant ; rhe- torica uero ex iis , quæ in consultationēm cadere solent : est autem munus eius & de rebus eiusmodi , de quibus consulta- mus , & artes non habemus ; & inter eius- modi auditores , qui non per multa con- tueri , neque altius perspicere possint : con-

sulta-

sultamus autem de iis, quæ in utriusque modum se uidentur habere; nam de iis, quæ nequeunt aliter aut facta, aut futura esse, aut se habere; consultat nemo, cum ita opinatur: neque enim aliter, quam ita, potest suadere. Licet autem syllogismo concludere, & colligere alia quidem ex iis, quæ syllogismo ante conclusa sunt; alia uero ex iis, quæ syllogismo non sunt conclusa illa quidem; uerum syllogismum desiderant; quia non sunt probabilia; necesse est autem ex his illud nos commode assequi non posse, propter longitudinem (iudicator enim ponitur esse ruditus) hæc uero non esse persuasibilia; quia non ex confessis, neque probabilibus sunt. Quare necesse est, & enthymema, & exemplum de iis esse, quæ eueniunt possunt ita, ut saepe etiā se habeant aliter; & ex paucis, & sūpēnūmero paucioribus, quam ex quibus primus syllogismus existit; si quid enim horum fuerit notum, non est opus expōne-re; ipse enim id adiungit auditor: exempli gratia; quod Dorieus ludis coronariis uicerit, satis est dicere; quia uicit Olympia: coronarios autem ludos esse Olympia adiungere, nihil attinet; quia notum est omnibus.

Enthymema

Enthymema ex uerisimilibus,
& signis constare, & quid eorum
utrunque sit.

QVONIAM autem pauca sunt necessaria, ex quibus oratorij syllogismi existunt; pleraque enim, dei quibus iudicia, & deliberationes sunt possunt etiam aliter se habere; quæ enim agunt, de iis etiam consultant, & commentantur; quæ uero aguntur omnia eiusmodi sunt; & nihil horum, prope dixerim, est ex necessitate; quæ uero plerunq; accidunt, & eveniunt; ex eiusmodi aliis concludantur necesse est; necessaria uero ex necessariis; quod nobis liquet ex Analyticis; sane dubium non est, quin ex quibus enthymemata ducuntur, alia necessaria futura sint, plurima uero plerunque; ducuntur enim enthymemata ex uerisimilibus, & signis adeo, ut utrumque eorum idem esse cum horum utroque necesse sit; uerisimile enim est, quod plerunque sit; non simpliciter tamen, ut definiunt quidam; sed quod in iis rebus, quæ aliter se habere possunt, ita se habet ad id, cui est uerisimile, ut quod est in to-

to

to ad id, quod est in parte : signorum autem unum ita se habet, ut singulatum aliquod ad uniuersale ; alterum uero, ut uniuersale aliquod ad particulare ; horum uero quod necessarium est, tecmerium; quod non necessarium, caret nomine ; quo distinguatur : ac necessaria quidem dico, ex quibus conficitur syllogismus ; itaque tecmerium signum eiusmodi est ; quia cum solui non posse, quod dictum est, arbitrantur ; tum allatum esse tecmerium arbitrantur, quasi demonstratum, ac terminatum sit ; tecmar enim, & terminus prisa lingua idem ualent. signorum autem unum est, ut singulare ad uniuersale ; perinde ut si quis diceret, signum esse, quod sapientes iusti sint, quia Socrates sapiens fuit, & iustus : atque hoc quidem signum est ; solui autem potest, quanuis quod dicitur uerum sit ; quia syllogismo concludi non potest : alterum uero ; ut si quis diceret, signum esse, quod agrotet, quia febri laborat ; aut quod peperit, quia lac habet ; necessarium est, atque ex signis solum tecmerium est ; solum enim, si uerum sit, insolubile est : tertium uero, ut uniuersale ad particulare se habet ; ut si quis dicat, quod febri laboret : signum esse, quia frequenter anhelet solui autem & hoc potest, quanuis sit uerum ;

rum; fit enim, ut & qui febris non laborat, anhelet. Ac quid quidem uerisimile sit, & quid signum, & tecmerium; & quid inter ea intersit, nunc quoque expositum est: dilucidius autem & de his, & propter quam caussam alia syllogismo concludi nequeant, alia uero concludantur; in Analyticis disputatum est.

Quæ sit materia, & forma exempli.

E X E M P L V M autem inductionem esse, & cuiusmodi in rebus inductio; diximus: est autem neque ut pars ad totum, neque ut totum ad partem, neque ut totum ad totum; sed ut pars ad partem, simile ad simile, quoties utrumque fuerit sub eodem genere, alterum uero altero notius sit; ueluti, quod Dionysius affectabat tyrannidem, cum postulabat custodes; quia & Pisistratus antea affectans, postulauit custodes, eosque adeptus tyrannidem occupauit; & Theagenes Megaris; & alii, quo cunque sciunt; exemplum omnes fiunt Dionysij, de quo nondum sciunt, propterea ne postulet: hæc autem omnia huic universali subiiciuntur; qui affectet tyranni-

B dem

18 ARIST. ART. RHET.
dem custodes postulare. Ac ex quibus qui
dem ducantur quæ ad demonstrandum ap
positæ fides uidentur, expositum est.

Verisimilia, & signa ducitum
ex propriis propositionibus, tum
ex locis communibus.

ENTHYMEMATVM autem magna
differentia est, eaque omnes ferme maxi
me latet, quæ in dialectica quoq; ratione
syllogismorum uersatur; alia enim eorum
in rhetorica, perinde atque in dialectica
quoque ratione syllogismorum, existunt;
alia uero in aliis artibus, & facultatibus;
partim quidem extantibus, partim uero
non dum compertis: quocirca latent audi
tores, & qui commodius illa attingunt, a
se ipsis recedunt: erit autem apertius quod
dicitur, si pluribus exponetur. Dico autem
dialecticos, & oratorios syllogismos esse,
de quibus locos dicimus; hi uero sunt, qui
communiter de iustis, & naturalibus, & de
ciuilibus, & de multis specie differentibus
sunt; ut maioris, & minoris locus; neque
enim ex hoc licebit syllogismum colligere,
aut entyphema proferre de iustis potius,
quam

quām de naturalibus, aut quacunque de
re: atqui hæc specie differunt. Propria
uero quæ ex propositionibus existunt, quæ
in unaquaque specie, genereq; uersantur;
ut de naturalibus sunt propositiones, ex
quibus neque enthymema, neque syllogismus
est de moralibus; itemq; de his aliæ,
ex quibus nō erit de naturalibus; eodemq;
modo hoc se habet in omnibus. Et illa qui
dem nullo in genere prudentem efficient,
quia in nulla re subiecta uersantur; hæc
uero quo quis in propositiones meliora se-
legerit, clam aliam scientiam a Dialectica,
& Rhetorica fecerit; etenim si in princi-
pia inciderit, non amplius Dialectica, &
Rhetorica; sed illa demum erit, cuius prin-
cipia tenet. Maxima uero pars enthyme-
matum ex his formis elicetur, quæ in parte
sunt, & propriæ; minor uero ex commu-
nibus: ut ergo in Topicis; item hic distin-
guendæ sunt enthymematum formæ, lociq;
ex quibus est assumendum: dico autem for-
mas; proprias in unoquoque genere propo-
sitiones; locos uero, æque omnium com-
munes. Ac prius quidem de formis do-
ceamus: uerum genera rhetoricae primum
arripiamus, ut posteaquam, quām multa
ipsa sint, tradiderimus; de his separatim
elementa, ac propositiones arripiamus.

Proprias propositiones duci ex finibus trium generum Rhetoricæ, deliberatiuo, iudicali, demonstratiuo; & quid eorum singula sint.

CETERVM formæ Rheticæ tres sunt; quia tot etiam sunt auditores orationis: constat enim ex tribus oratio, ex eo, qui dicit; & re, de qua dicit; & eo, ad quem: finisq; ad hunc, auditorem inquam, refertur. Necesse est autem, ut auditor aut spectator sit, aut iudicator: iudicator uero aut rerum præteritarum; aut futurarum: est autem qui de rebus futuris iudicat, ut concio; qui uero de præteritis, ut iudex; qui uero de facultate, spectator: quare ex necessitate tria sunt genera orationum Rheticarum, deliberatum; iudiciale; demonstratum: deliberationis uero unum est adhortatio, alterū dehortatio; quia semper & qui priuatim suadent, & qui publice cum populo agunt; alterum horum efficiunt: iudicij uero unū accusatio, alterum defensio; quia horum alterum facere necesse est eos, qui contro-

trouersantur : demonstratiui uero unum laus, alterum uituperatio. At uero tempora cuiusque horum sunt : suasori quidē futurum ; quia de futuris suadet, qui aut hortatur, aut dehortatur : litiganti uero, præteritum ; quia de factis semper alter accusat, alter defendit : demonstratio uero præsens aptissimum est illud quidem ; quoniam ex iis, quæ insuunt, laudant, aut uituperant omnes ; assumunt tamen sæpe etiam præterita, recordantes, & futura, augurantes. Finis autem horum unicuique diuersus est, & tribus quidem triplex : suasori utile, & inutile ; quia suasor tanquam melius suadet, dehortator tanquam deterius dehortatur ; reliqua uero ad hoc simul assumit, aut iustum, aut iniustum, aut honestum, aut turpe : litigantibus iustum, & iniustum ; reliqua uero ad haec & isti simul assumunt : laudantibus, ac uituperantibus, honestum, ac turpe; alia uero & isti ad haec referunt. Esse autem unicuique eum, quem diximus, finem, signum est ; quod ceteris de rebus aliquando non discepitabunt, ut litigator, non esse factum, aut non nocuisse ; at iniuste fecisse, nunquam confitebitur ; neque enim iudicio opus est : similiter uero qui suadent, cetera saepenumero abiiciunt, se uero inutilia sua-

B 3 dere,

dere, aut ab utilibus deterrere haudquam concederent; utrum autem iniustū sit, uicinos in seruitutem adducete etiam nullam iniuriam inferentes, sāpē numero non considerant: similiter uero & qui laudant, & qui uituperant, utiles ne res, an inutiles fecerit, nōn attendunt; tūc in laude sāpe etiam ponunt, quōd proprio neglecto commodo, honesti aliquid gesserit: ueluti Achillem laudant, quōd Patroclo sodali opitulatus sit, cum sibi morendum esse intelligeret, ac uiuere liceret: at eiusmodi mors illi honestior; uita uero utilis fuit. Ex his autem, quæ dicta sunt, apparet; primum, de his rebus propositiones necessario esse habendas; quia tecmeria, & uerisimilia, & signa propositiones sunt oratoriae; nam omnino syllogismus ex propositionibus constat; enthymēma uero syllogismus est, ex iis, quas diximus, propositionibus, constitutus.

Præter propositiones proprias etiam communes esse tenendas.

Q V O N I A M autem impossibilia gesta esse, aut gestum iri non possunt; sed possibilia; & quæ gesta non sunt, aut non erunt,

erunt, ea aut gesta esse, aut gestum iri non possunt; necesse est, ut & suasor, & litigator, & demonstrator propositiones habeant de possibili, & impossibili; & an factum sit, nec ne; & an erit, nec ne. Iam uero quoniam omnes & qui laudant, atq; uituperant; & qui adhortantur, atque dehortantur; & qui accusant, atque defendunt, non solum quæ dicta sunt demonstrare co[n]antur; sed etiam magnum esse, aut paruum, quod aut bonum est, aut malum; aut honestum, aut turpe; aut iustum, aut iniustum; aut per se proferentes, aut contra inter se comparantes; sane dubium non est, quin & de magnitudine, ac paruitate, & maiori, ac minori, & in uniuersum, & de unoquoque propositiones habere oportuerit; ut quodnam maius bonum sit, aut minus; aut iniuria, aut ius; similiterque de ceteris. Ac de ijs quidem, quorum necessario sunt comparandæ propositiones, diximus: deinceps uero de unoquoque horum separatim est differendum; nempe, de quibus suasio; & de quibus demonstratio[n]e orationes; tertio uero loco de quibus iudicia sunt.

**Quinque potissimum de rebus
in genere deliberatio consilium
agitari.**

AC primum quidem sumendum est, quibus de bonis, aut malis suasor suadeat; siquidem non de omnibus, sed de ijs, quæ & fuisse, & non fuisse contingit: quæ uero ex necessitate aut sunt, aut erunt, aut esse non potest, quin sint, aut fuerint; de his suasio nulla est: neque uero de contingentibus omnibus (sunt enim quædam bona, quæ & natura, & a fortuna sunt, ex ijs, quæ contingit, ut sint, & non; de quibus non est proclive consilium) uerum de ijs nimis, de quibus est consultatio: ejusmodi uero sunt, quæ naturam habent, ut ad nos referantur, & quorum principium originis est in nobis; eatenus enim consideramus, quoad inueniamus, administrari ne a nobis possint, an non possint. Ac singula, quidem diligenter enumerare, & in formas ea digerere, de quibus soliti sunt agere; itemq; quod fieri potest; de ijs ad ueritatem differere, in praesenti conari non attinet; quia Rheticæ non est artis, sed prudentialio-

dentioris; & uerioris; & quia multo plura ei nunc etiam sunt tributa, quam propria contemplatio ferat: quod enim supra etiam diximus, uerum est, Rheticam constare tum ex Analytica scientia, tum ex Politica, quæ de moribus est; similem autem esse partim Dialeticæ, partim sophisticis rationibus: quod si quis aut Dialecticam, aut hanc, non ut facultates, sed ut scientias ornare conetur, clari naturam earum euerget; dum afferendis ornamentis, transibit ad scientias subiectarum quarundam rerum; non autem duntaxat rationum: ueruntamen quæcunque prompta sunt ad explicandum; ac locum præterea meditandi scientiæ ciuiili relinquunt; nunc etiam exponamus. Etenim ea, de quibus omnes deliberant, & de quibus suosores loquuntur, quæ maxima, ferme quinque numero sunt; hoc est, de parandis pecunijs; & bello, ac pace; item de custodia regionis; & ijs rebus, quæ inueniuntur, & euueniuntur; legibusq; instituendis. Ergo qti de parandis pecunijs consilium daturus est, uictigilia ciuitatis nosse debebit, quæ, & quanta sint; ut si quod desit, adiungatur; & si quod minus sit, augeatur: item sumptus ciuitatis omnes; ut si quis sit superuacans, tollatur; & si quis maior, imminuat;

tur; quia non solum ijs, quæ adsunt addendo, locupletiores euadunt; sed etiam de sumptibus detrahendo; hæc autem non solum ex priuatorum negotiorum usu intelligere possumus, uerum eorum etiam, quæ apud alios intenta sunt, historicum esse ad horum consilium est necesse: de bello autem, & pace; copias nosse ciuitatis, & quantæ iam adsint, & quantæ possint adesse, & quales sint quæ adsint, & si quæ possint accedere; itemque bella, quomodo, & quæ bellari; neque uero suæ solim ciuitatis, sed etiam finitimarum, has res nosse necesse est; aut etiam quibus cum glriosum sit, bellum gerere; ut cum potentioribus pax habeatur, cum inferioribus bellum gerere in sua potestate positum sit; & copias, utrum similes, an dissimiles; quia fieri potest, ut ea quoque ex parte, superiore, aut inferiore conditione simus; est autem necesse, earum etiam rerum causas non domestica solum bella, sed etiam aliena notasse, quem eventum habuerint; quia natura comparatum est, ut similia ex similibus oriantur: iam uero de custodia regionis; non ignorare, quo pacto custodiatur, sed & multitudinem nosse: custodium, & formam, & loca præsidiorum, quod facere non potest, nisi qui peritus est regionis,

regionis; ut &, si minor custodia sit, augeantur, & si qua superuacanea, minuantur, & opportuna loca potius tueantur: præterea uero de annonā, quanta in sumptum satis sit ciuitati, & qualis sit, quæ ibi nascitur, & quæ inuenitur; & quærum rerum exportationis, & quarum importationis indigeant; ut cum his & foedera, & pactiones fiant; duorum enim ne in offensionem incurvant ciues, prouidere necesse est; & qui potentiores, & qui ad hæc utiles sint: ad incolumentatem autem cum hæc omnia per spicere posse necesse est, tum non minimū est; de legum institutione cognoscere; est enim sita ciuitatis salus in legibus; quare necessarium est, scire, quæ sint formæ rerum publicarum, & quales unicuique pro sint, & a quibus euerti natura sua queant; tum reip. propriis, tum contrariis; dico autem euerti a propriis, quia præter optimam remp. aliæ omnes & remittendo, & intendendo labefactantur; ut populi dominatus non remittendo solum imbecillior evadit; ut ad extremum ad paucorum imperium peruenturus sit, sed etiam nimium intendendo; ut etiam grypitas, & simitas non solum dum remittuntur, ad medium tendant, sed etiam, cum nimium grypa, aut simas sint, ita nasum afficiunt, ut nates

nares quidem esse uideantur : proficit autem ad leges instituendas , non solum , quæ resp. utilis sit , in præteritas intuendo , cognoscere ; sed etiam alienas , quales qualibus conueniant , non ignorare ; ex quo perspicuum est , ad legum lationem ambitus terræ ualere , quia hinc gentium leges consequi licet ; ad ciuilia uero consilia eorum , qui res gestas scriptis prodiderunt , historias ; quæ omnia Politicæ , non Rhetoricæ opus sunt . Ac quæ quidem tenere qui sua surus est , debet , quæ maxima tam multa .

Proprias propositiones in deliberando duci ex beatitudine , & partibus eius .

EX Q VIBVS uero & de his , & de aliis adhortari , aut dehortari debet , inde dicamus . Est autem tum priuatim singulis , tum communiter omnibus propositum quiddam ; in quod intuentes , & persequuntur , & fugiunt ; atque hoc est (ut summatim dicam) tum beatitudo , tum partes eius . Quamobrem (exempli gratia) sumamus , quid sit (ut simpliciter dicam) beatitudo , & ex quibus partes eius ;

eius; de hac enim, & iis, quæ ad eam referuntur, & contrariis ei, & adhortationes, & dehortationes omnes existunt; quia quæ hanc pariunt, oportet agere; quæ uero euertunt, aut impediunt, aut contra efficient; non agere.

De beatitudine, & partibus eius; bonis animi, corporis, & fortunæ,

SIT ergo beatitudo bona actio cum uirtute; aut uita se ipsa contenta; aut uita cum incolumitate iucundissima; aut firma possessionum, & corporum constitutio, cum facultate rerum harum conservatrice, atque effectrice; quia fermè unum horum, aut plura omnes esse beatitudinem fatentur. Si ergo beatitudo est eiusmodi; necesse est, partes eius esse nobilitatem amicorum copiam; bonorum amicitiam; diuitias; liberorum probitatem; liberorum multitudinem; bonam senectutem; item corporis uirtutes, ut ualetudinem, pulchritudinem, robur, magnitudinem, certatricem facultatem; existimationem, honorem; bonam fortunam; uir-

tu-

tutem , aut etiam partes eius prudentiam , fortitudinem , iustitiam , temperantiam ; quia ita maxime se ipso contentus erit , si ei suppetant tum quæ in ipso sunt bona , tum quæ extrinsecus ; neque enim alia sunt præter hæc : in ipso uero sunt , quæ in animo sunt , & quæ in corpore ; extrinsecus uero nobilitas , & amici , & pecunia , & honor : præterea uero conuenire arbitramur facultates , & fortunam adesse ; quia hoc modo , uita maxime erit incolmis : sumamus igitur eodem modo , quid horum unumquodque sit . Ac nobilitas quidem est genti , ac ciuitati ; indigenas , aut antiquos esse , & primos duces illustres , & ex ipsis multos ortos in iis rebus , quas emulamur , illustres ; priuatim autem nobilitas est aut a uiris , aut a mulieribus ; tum legitima ab ambobus origo ; tum , ut in ciuitate , primos claros fuisse aut uirtute , aut diuinitatibus , aut alia rerum earum , quæ in honore sunt ; tum multos ex gente illustres fuisse tum uiros , tum mulieres , tum adolescentes , tum senes . Probitas autem liberorum , & multitudo non obscura sunt : est autem reip. probitas liberorum , si multa iuuentus adsit , eaque bona ; bona uero ex uirtute corporis , ut magnitudine , pulchritudine , robore , certatrice facultate ; animi

animi uero, temperantia, & fortitudo uirutes iuuenis sunt : priuatim uero libero-rum probitas, & multitudo est, proprios liberos multos, & tales adesse, tum feminas, tum mares ; feminarum uero uirtus, corporis quidem, pulchritudo, & magnitudo ; animi uero, temperantia, & operis studium sine illiberalitate : æque autem & priuatim, & publice tum in uiris, tum in mulieribus danda est opera, ut eiusmodi singula adsint ; quibus enim disciplina mulierum uitiosa est, ut Lacedæmoniis, ij dimidia propemodum ex parte, beati non sunt . Diuitiarum uero partes sunt nummi, agri copia, locorum possessiones, itemque suppelleftilium possessiones, & pecorum, & mancipiorum, multitudine, & magnitudine, & pulchritudine excellentium : hæc autem omnia & in columia, & liberalia, & utilia sunt ; sunt autem utilia magis, quæ fructuosa ; liberalia uero, quæ uoluptatis cauſſa ; fructuosa dico, ex quibus uectigalia ; uoluptuaria, ex quibus nihil præter usum exigitur, quod quidem æstimandum sit : finis autem in columitatis est, eo in loco, & eo modo posidere, ut in ſe fit uſus ; proprietatis uero, aut contra, quoties in ſe fit alienatio : dico autem alie nationem, largitionem, & uenditionem :

omnino

32 ARIST. ART. RHET.
omnino autem diuitiæ in usu potius, quam
in possessione consistunt; actus enim rerum
eiusmodi, & usus diuitiæ sunt. Bona exi-
stimatio uero est, ab omnibus uirtute præ-
ditum iudicari, aut eiusmodi aliquid ha-
bere, quod expetant omnes, aut plerique,
aut boni, aut prudentes. Honor autem be-
neficæ est signum existimationis; honoran-
tur autem merito quidem, & in primis,
qui beneficium dederunt; ueruntamen ho-
noratur etiam qui potest beneficium dare:
beneficium uero est, quod pertinet ad sa-
lutem, & ad ea, quæ causa sunt, ut simus,
aut ad diuitias, aut ad aliquod aliorum bo-
norum, quorum non est facilis compara-
tio; aut omnino, aut in eo loco, aut ali-
quando; multi enim ex rebus etiam, quæ
paruæ uidentur, honorem adipiscuntur;
uerum loca, & occasionses causam afferunt;
partes autem honoris sunt sacrificia, mo-
numenta & uersib[us], & sine uersibus, præ-
mia, luci, præsessiones, sepulchra, statuæ,
uictus publici; barbarica, ut adorationes,
& excessiones, munera apud quosque pre-
tiosa; est enim donum largitio possessionis,
& signum honoris; itaque & qui pecunia-
rum, & qui honoris studiosi sunt, ipsa ap-
petunt; ambobus enim suppeditant ea,
quæ requirunt; est enim possessio, quam
expetunt,

experunt ; qui pecuniarum sunt studiosi ; & honorem continet , quem , qui honoris . Corporis autem uirtus , ualentudo ; hæc uero est ita , ut expertes morbi sint , qui corporibus utuntur ; multi enim ualent , ut de Herodico fertur , quos nemo ualentinus cauſſa beatos fecerit ; quod ab omnibus abstineant rebus humanis , aut plurimis . Pulchritudo uero in quaque ætate diuersa est ; ac iuuenis quidem pulchritudo est idoneum corpus ad labores habere , tum ad cursum , tum ad uim , & iucundum esse aspectum ad uoluptatem ; itaque quinquertiones pulcherrimi , quia ad uim , & ad uelocitatem simul sunt nati ; uigentis autem , ad labores bellicos , iucundum autem esse uisu , cum terrore ; senis uero , ad labores necessarios idoneum , indolens tamen , quia nihil habeat ex iis , quibus senectus laeditur . Robur autem est facultas mouendi alterum , ut uult ; necesse est autem mouere alterum aut trahendo , aut pellendo , aut tollendo , aut deprimendo , aut collidendo ; quare robustus aut omnibus , aut nonnullis horum est robustus . Magnitudinis uero uirtus est , superare proceritate , & altitudine , & latitudine plerosque tanto magis , ut ne tardiores reddat motiones , ob exuperationem . Certatrix uero

C cor-

corporis uirtus constat ex magnitudine, & robore, & uelocitate; etenim uelox est robustus; qui enim potest crura proiicere quodammodo; & cito mouere, & longe, cursor est; qui uero premere, & tenere, palæstrita; qui uero iictu pellere, pugil; qui uero horum utroque, pancratiafestes; qui uero omnibus, quinquetio. Bona senectus autem est tarditas senectutis cum indolentia; neque enim, si cito senescat, bona præditus est senectute; neque si uix quidem, sed cum dolore; est autem & inter corporis uirtutes, & fortunæ; etenim, nisi expers morbi sit, ac robustus, non carebit malo; neque indolens, & longæuius sine fortuna constiterit: est autem quædam etiam præter robur, & ualetudinem alia facultas longæuitatis; multi enim sine corporis uirtutibus longæui sunt; uerum accurata harum rerum disputatio nihil ad præsentia pertinet. Multorum amicitia uero, & bonorum amicitia haudquaquam obscura sunt, definito amico; nempe eiusmodi esse amicum, qui, quæ bona esse alteri arbitratur, eorum est efficiens propter illum: cui ergo eiusmodi suppetunt multi, multis est instructus amicis; cui uero etiam boni uiri, probis est instructus amicis. Bona fortuna uero est, quorum bonorum caussa est for-

fortuna, ea confici, & suppeteret aut omnia, aut plurima, aut maxima : causa autem est fortuna cum nonnullarum rerum, quarum etiam sunt artes, tum multarum arte quoque uacantium, ut quarum natura ; quas tamen contra naturam etiam esse contingit ; ualetudinis enim ars est causa ; pulchritudinis uero, & magnitudinis natura : omnino uero eiusmodi bona a fortuna sunt, in quibus uersatur inuidia : est autem bonorum etiam, quæ præter rationem, fortuna causa ; ut si alii fratres sint deformes, hic uero pulcher ; aut si alii non uiderunt thesaurum, hic uero inuenit ; aut si uicinum attigit telum, hunc uero nequaquam ; aut si non uenit, cum solus quotidie uenitaret, qui uero semel uenerunt, interierunt ; hæc enim eiusmodi à bona fortuna profecta omnia existimantur. De uirtute uero (quoniam maxime proprius est, in quo de laudibus agitur, locus) tum, cum de laude uerba faciemus, erit differendum. Ac quæ quidem spectare adhortantes, tanquam futura, aut præsentia ; & quæ dehortantes, oportet, perspicuum est ; contraria enim sunt his.

**De bonis, & utilibus confessis,
quæ ad beatitudinē referuntur.**

SED quoniam suasori finis propositus est utilitas; consultant autem non de fine, sed de iis, quæ referuntur ad finem; hæc autem sunt, quæ in actionibus utilia sunt; utile uero est bonum; sumenda erunt elementa de bono, utiliq; simpliciter. Sit ergo bonum, quod ipsum sui causa sit eligendum: & cuius cauſa aliud eligimus: & quod expetunt omnia, aut omnia ſenſum habentia, aut mentem, aut ſi mentem adipiſcerentur: & quæ mens unicuique dictauerit: & quæ mens, quæ in unoquoque eſt, unicuique dictauerit, illud eſt bonum unicuique: & quo præſente, bene afficitur, & ſe ipſo contentum eſt: & quod ſe ipſo contentum eſt: & quod res tales efficiendi, ac custodiendi uim habet: & quod res eiufmodi conſequuntur: & quæ res contrarias prohibendi, & quæ interimendi uim habent; conſequuntur autem bifariam; aut enim ſimul, aut posterius; ut disciplinam quidem conſequitur Scientia, posterius; ualitudinem uero uita ſimul: efficiendi uero uim habent trifariam; alia ut ualere

ualetu-

ualetudinis; alia, ut cibaria ualetudinis; alia, ut exercitatio, quia plerunque efficit ualetudinem. His autem positis, necesse est & adeptiones bonorum bonas esse, & depulsiones malorum; consequens est enim illi quidem non habere malum, si nullus huic uero habere bonum, posterius: & pro minore bono, maioris adeptio, & pro maiore malo, minoris; quo enim excellit maius minore, hoc sit eius quidem adeptio, huius uero depulsio: quin etiam uirtutes bonum esse, necesse est; quia ex his & bene afficiuntur, qui prædicti sunt; & ipsæ bona efficiendi, atque agendi uim habent; de unaquaque uero & quæ, & qualis sit, dicendum est separatim: & uoluptatem bonum esse; quia hanc omnia, natura, exceptunt animantia; quare & iucunda, & honesta bona esse necesse est; illa enim uoluptatem efficiendi uim habent: honestorum autem alia iucunda, alia ipsa per se eligenda sunt: ut autem de singulis agam, haec bona sint necesse est; beatitudo; quia per se eligenda, & se ipsa contenta est, & eius causa multa eligimus; iustitia; fortitudo; temperantia; magnanimitas; magnificientia; & alii habitus tales; quia uirtutes animi sunt; & ualetudo; & pulchritudo; & quæ sunt eiusmodi; quia uirtutes

C 3 cor-

corporis sunt, & multas res efficiendi uim habent, ut ualetudo, & uoluptatem, & uitam; itaq; optima res uidetur esse, quia duarū rerum est cauſa, quæ maximo apud tuſgus in pretio ſunt; uoluptatis, & uitæ; diuitiæ; quia uirtus est poffeffionis, & multas res efficiendi uim habet; amicus, & amicitia; quia amicus eft per ſe eligendus, & multas res efficiendi uim habet: honor; existimatio; quia iucunda ſunt, & multas res efficiendi uim habent, atque ea plerunque coſequitur; ut adſint illa, propter quæ honore afficiuntur: facultas dicendi, agendi; quia eiusmodi omnia uim bona efficie- di habent: item ingenium; memoria; do- cilitas; ſolertia; & omnia eiusmodi; quia facultates hæ bona efficiendi uim habent: ſimiliter uero etiam ſcientiæ omnes, & ar- tes: & uita; quia etiam ſi nihil boni aliud ſequeretur, res eft per ſe eligenda: & iu- ſtum; quia quoddam eft communiter uti- le. Atque hæc quidem ferme bona con- fessa ſunt.

De bonis, & utilibus controuerſis.

IN controuerſis autem ex his ſyllogiſ- mi exiſtent. Cui contrarium eft malum, & illud bonum. Et, cuius contrarium ini- micis

mīcīs prodest; ut si timidos esse māxime prodest inimicis, sine dubio fortitudo res est maxime cūribus salutaris. Et omnino quod est contrarium ei, quod inimici volunt, aut quod arantur; cōmmodum uidetur ita querēdīctum est; Certe gaudet *Priamus*: neq; uero est ita sēmpēr, sed plērunque; nihil enim prohibet, quin idem aliquando aduersariis profit; unde dicitur, mala conciliare homines, quoties idem ambo bus noceat. Et, cuius non est nimium; id est bonum; quod uero mājus sit, quam oportet, malum. Et cuius caussa multilabores suscepit; aut sumptus facti sunt; quia speciem iam habet boni, taleque iam ut finis existimatur, finisque multarum rerum; finis autem bonum est; unde illa dicta sunt; Et Priamo famam: item; Turpe manere dī est: & prouerbium illud; In foribus hydriam. Et quod multi expetunt, & de quo certatur, speciem habet; quia quod omnes expetunt, id bonum erat; multi uero, perinde ac omnes uidentur. Et quod est laudabile; quia nemo laudat; quod non est bonum. Et quod inimici, & praui laudant; quasi enim omnes iam confitentur, & qui incōmodum acceperunt; quia enim perspicua res est, confitentur: ut etiam praui, quos amici uituperant, & boni, quos

C 4 inimici

inimici non uituperant; itaque se conuicio affectos sine causa suspicati Corinthii sunt à Simonide, cum scripsit; *Corinthios non accusat Ilium*. Et quod prudentium aliquis, aut bonorum virorum, aut mulierum iudicio suo prætulit; ut Vlyssem Minerua; & Helenam Theseus; & Alexandrum Deæ; & Achillem Homerus. Et omnino quæ sunt præeligenda; præeligunt autem facienda; & ea, quæ diximus; & quæ inimicis sunt mala; & quæ amicis bona; & quæ fieri possunt; hæc vero bifariam, tum quæ fiant; tum quæ facile fiant: facilia fieri, quæ sine molestia, aut brevi tempore; quia difficile definitur aut molestia, aut longitudine temporis. Et si ita, ut uolunt; uolunt autem uel nihil mali, uel minus, quam boni; hoc autem erit, si aut lateat pena, aut certe sit modica. Et quæ sunt propria. Et quæ nullius. Et eximia; quia honor ita suppetit magis. Et quæ conueniunt ipsis; qualia sunt; quæ pro genere, opibusque conueniunt. Et quæ sibi putant deesse; quanuis sint exigua; quia nihilo lecius ea præligunt facienda. Et quæ ad conficiendum facilia sunt; quia fieri possunt, tanquam facilia: ad conficiendum uero facilia sunt, & quæ omnes, aut plerique, aut partes, aut inferiores recte gesserunt. Et

in

in quibus gratificabuntur amicis, aut mo-
lestiam affebent inimicis. Et quae admini-
stranda præligunt ii, quos admirantur; &
in quibus ingeniosi sunt; & periti; facilius
enim putant, se recte gesturos. Et quæ pu-
lis nemo; quia sunt laudabilia magis. Et
quorum sunt appetentes; quia non solum
iucundum, sed etiam melius uidetur. Et
in quibus præcipue singuli tales, ut victo-
riæ cupidi, si victoria aderit; honoris, si
honor; pecuniarum, si pecunia; & alii eó-
dem modo. Ac de bono quidem, & utili;
ex his de promenda fides sunt.

De maiore, ac minore bono, ac
utili; rebus autem, quæ in ambo, & in
utile; rebus, autem in uno, & in aliis, & in
QVONIAM autem sapienti numero; co-
fitentes ut funque utile esse, de eo contro-
uersantur, quod magis sit; deinceps de
maiore bono; & magis utili differendum
est. Sic ergo quod superat, tantum, & am-
plius; quod superatur uero id, quod inest;
ac maius quidem semper, & plus præ mi-
nori; magnum uero, & paruum, & mul-
tum, & paucum præ multarum rerum ma-
gnitudine; & quod superat quidem, ma-
gnum; quod deficit uero, paruum; & mul-
tum, &

42 ARIST. LAR T. RHET.
tum, & paucum eodem modo. Quoniam
igitur bonum dicimus & quod ipsum sui
causa, & non alterius est eligendum: &
quod omnia appetunt: & quod mentem;
ac prudentiam adepta eligerent: & quod ef-
ficiendi, & quod custodiendi uim habet:
& quod quae sunt eiusmodi consequuntur:
id autem cuius causa, finis est; finis autem
est, cuius causa cetera: huic uero bonum;
quod erga ipsum haec passum est; sane ne-
cessè est, quae plura sunt uno, aut paucio-
ribus, adnumerato uno, aut paucioribus;
maiis item bonum esse; quia superat; quod
autem inest, superatur. Et si maximum
maximo præstet, etiam ipsa ipsis; & si om-
nia ipsa ipsis, etiam maximum maximo;
ut, si maximus uir maxima muliere maior,
etiam omnino uiri mulieribus maiores; &
si uiri omnino mulieribus maiores, etiam
uir maximus maxima muliere maior: pro-
portionem enim habent exuperantiae ge-
nerum, & rerum, quae in eis sunt, maxi-
marum. Et quando huic quidem illud fue-
rit consequens, hoc autem illi nequaquam;
consequitur autem aut simul, aut deinceps,
aut facultate; inest enim usus consequen-
tis in alterius; consequitur autem simul
uiletudinem uita, haec uero eam nequa-
quam; posterius autem disciplinam scien-
tia;

tia & facultate uero ; sacrilegium surreptio : quia qui sacrilegium fecerit , etiam surripuerit . Et quæ maius ipso superant ; maiores ; quia & quod maius est , superent necesse est . Et quæ maioris boni efficiendi uim habent , maiora ; hoc enim erat maiora efficiendi uim habere . Et cuius efficiens maius , eodem modo ; si enim salubre eligendum est magis iucundo , & maius bonum est ; etiam sanitas iucunditate erit maior . Et quod magis est eligendum propter se eo , quod non propter se , ut robur salubri ; illud enim non sui caussa , hoc uero sui ; idque erat bonum . Et si unum quidem sit finis , alterum uero non finis ; hoc enim alterius caussa , illud uero sui , ut exercitatio caussa bona affectionis corporis . Et quod minus indiget altero , aut alteris ; quia se ipso contentum est magis ; minus uero indiget , quod paucioribus , aut facilitioribus indiget . Et quoties unum quidem sine altero non sit , aut non possit fieri , alterum uero sine illo ; est enim seipso contentum magis , quod non indiget ; quare maius bonum uidetur . Et si sit principium , alterum uero non principium . Et si sit caussa , alterum uero non caussa ; propter eandem rationem ; quia sine caussa , aut principio non potest esse , aut fieri . Et ex duobus

princi-

44 ARISTOTELIS RHET.

principiis; quod à maiori principiis ma-
ius. Et ex duabus causis; quod à maiori
causa; maius. Et uacuum ex duobus prin-
cipiis; quod est maioris principium; ma-
ius. Et ex duabus causis; quod maioris
est causa; maius. Per spiculum est legitur ex
iis; quae dicta sunt; utroque modo; maius
posse apparere; etenim si unum principium
sit; alterum non principium; maius esse exi-
stabitur. Etsi non principium; alterum
vero principium; quia finis major est; &
non principium; ut Leodamas cum Calli-
stratum accusaret; dixit; qui consilium de-
dit eo; qui patruuit; magis peccasse; quia
factum non fuisset; nisi consilium dedisset;
iterum vero cum Chabriam; eum; qui pa-
trasset; eo; qui consilium dedisset; quia
hunc rei causa consilium dant; ut agant.
Et rariora copiosis; ut aurum ferro; cum
minus utile sit; quia maior est possessio;
propterea quia difficilior est. Alio vero
modo copiosa raris; quia usus præstat; quod
enim saepe præstat ei; quod raro; unde di-
citur; Optima quidem aqua. Et omnino
difficiliora facilitioribus; quia rariora. Alio
vero modo facilitiora difficilioribus; quia
se habent ita; ut uolumus. Et cuius con-
trarium maius. Et cuius priuatio maior.
ibus non uirtute. Et uitium non ui-
tio,

tio, matis; si qua illa finis, haec non finis. Et quorum opera honestiora, aut turpiora ipsa maiora. Et quorum uitia, aut virtutes maiores; etiam opera maiora: quoniam ut causæ, atque principia, item euenta; & ut euenta, item causæ, atque principia. Et quorum exuperantia magis eligenda; aut magis honesta; ut exquisite vide eligendum est magis; quam odorari; quare aspectus, quam odoratus: & sodalium studiosum esse potius, quam pecuniarum honestius est; quare studium etiam sodalium, quam studium pecuniarum. Et contra meliorum exuperantia, meliores; & honestiorum, honestiores. Et quorum cupiditates honestiores, & meliores; quia maiores appetitiones, maiorum rerum sunt semper. Et honestiorum, aut etiam meliorum cupiditates, meliores, aut honestiores; propter eandem rationem. Et quorum scientia honestiores, aut magis probæ; etiam res honestiores, & magis probæ; ut enim se habet scientia, item ueritas: præcipit autem unaquaque eam, quæ sui est. Et scientia rerum magis probarum, & honestiorum, ex proportione; propter eandem rationem. Et quod iudicarent, aut iudicarunt prudentes, aut omnes, aut vulgares, aut plerique, aut optimi.

mi bonum, aut maius esse; id ita se habere necesse est aut simpliciter, aut si pro prudentia iudicassent: est autem hoc commune etiam in aliis; etenim quid, & quantum, & quale perinde se habet, ac scientia, prudentiaq; præscriperit. Sed de bonis diximus; definitum est autem bonum id esse, quod prudentiam adeptæ res unaquæque eligeret; ex quo perspicuum est, & maius id esse, quod magis prudentia dicitat. Et quod melioribus inest, aut simpliciter, aut quatenus sunt meliores, ut fortitudo robore. Et quod eligeret melior, aut simpliciter, aut quatenus melior est; ut iniuriam accipere potius, quam inferre; hoc enim iustior eligeret. Et iucundiora minus iucundis; quia iucunditatem omnia persequuntur, ipsiusque caussa cupiunt iucunditate perfundi: his autem & bonum, & finis est definitus; iucundiora uero sunt, & quæ minus molesta, & quæ diutius sunt iucunda. Et honestiora minus honestis; honestum enim est aut quod est iucundum, aut quod propter se eligendum. Et quorū ipsi sibi ipsis, aut amicis caussæ esse cupiunt magis, hæc maiora sunt bona; quorum uero minime, maiora mala. Et diuturniora minus diuturnis. Et firmiora infirmioribus; præstat enim usus eorum quidem, tem-

tempore; horum uero, uoluntate; quoties enim uelint, præsto est magis rei firmæ usus. Et ut ex coniugatis, & similibus casibus, item alia consequuntur: ut si fortiter, honestius, & magis eligendum est, quam temperanter; etiam fortitudo magis eligenda, quam temperantia; & formem esse, quam temperantem esse. Et quod omnes eligunt, eo, quod non omnes. Et quod plures, quam quod pauciores; bonum enim erat, quod omnes expetunt: quare etiam maius, quod magis. Et quod controuersantes, aut inimici, aut iudicantes, aut quos hi iudicant; illud enim perinde est, ac si omnes assererent; hoc uero, ac si potentes, atque scientes. Et aliquando quidem, quod omnes participant, maius est; quia dedecus est non participare: aliquando uero, quod nemo; aut quod pauci; quia rarior res est. Et laudabiliora, quia sunt honestiora. Et quorum honores maiores, eodem modo; honor enim ut premium quoddam est. Et quorum multæ maiores. Et quæ confessis, aut iis, quæ magna uideantur; maiora. Et eadem in partes diuisa; maiora uidentur; plurium enim exuperantia uidetur: unde etiam poeta inquit; illam Meleagro, ut exurgearet persuasisse, exponentem; *Quot mala mor-*

mortales subeant, quorum oppida ceptar; Et populum sternunt, tectisque incendia miscent, Abripiunt alijs natos. Et componere, & coadificare; more Epicharmi; cum propter eandem caussam, ac diuisio; quia compositio exuperantiam multam ostendit; tum quia principium rerum magnarum, & causia uidetur. Quoniam autem difficilia, & rariora maiora; etiam occasio-nes, & aetates, & loca, & tempora, & fa-cultates magnitudinem afferunt; si enim supra opes, & supra aetatem, & supra pa-rees, & si ita, aut ibi, aut tunc; magnitudinem habebit, & rerum honestarum, & bonarum, & iustarum, & contrariarum: unde & epigramma in Olympionicem; Duram humeris corbem gestans paulo ante ferebam Ex Argo pisces sedulus ad Tegeam: & Iphicrates se ipsum laudauit, inquiens; Ex quibus hæc affuerunt. Et nativa ascitis; quia difficilia: unde etiam poeta inquit; Ipse a me edocitus sum. Et rei magna maxi-ma pars, ut Pericles cum funebrem oratio-nem haberet, iuuentutem ex ciuitate su-blamat esse, perinde ac si uer ex anno exem-ptum fuisset. Et quæ in maiore necessita-te utilia; qualia quæ in senectute, & mor-bis. Et ex duobus quod est propinquius fini. Et quod huic, quam simpliciter: Et possibile

possibile inipossibili; quia illud sibi, hoc uero non item. Et quæ in fine uitæ; quia quæ ad finem fines sunt magis. Et quæ ad ueritatem pertinent iis, quæ ad opinionem: eius uero quod ad opinionem, terminus est, quod, si latiturus esset, non eligeret: itaque beneficium accipere, quam dare, magis eligendum uidetur; quia illud, etiam si lateat, eliget; beneficium autem dare, si lateat, electurus non uidetur. Et quæcunque esse magis, quam existimari uolunt; quia ad ueritatem pertinent magis: itaque iustitiam etiam rem paruam inquit esse, quia existimari: quam esse, eligendum est magis; ualetudinem autem nequaquam. Et quod ad multas res utilius est; ut ad uiuendum, & bene uiuendum, & uoluptatem, & res honestas administrandas: itaque & ualetudo, & diuitiae maxima esse existimantur; quia hæc continent omnia. Et quæ minus molesta, & quæ cum uoluptate sunt; quia plura uno sunt; quo fit, ut & uoluptas bonum sit, & indolentia. Et ex duobus, quod eidem adiunctum est, maius totum reddit: Et quæ non latent, cum adsunt, quam quæ latent; hæc enim ad ueritatem pertinent: itaque diuitiem esse maius bonum uidebitur, quam existimari.

D. Et

tum, & paucum eodem modo. Quoniam igitur bonum dicimus & quod ipsum sui causa, & non alterius est eligendum: & quod omnia appetunt: & quod mente, ac prudentiam adepta eligerent: & quod efficienti, & quod custodiendi uim habet: & quod quæ sunt eiusmodi consequuntur: id autem cuius causa, finis est; finis autem est, cuius causa cetera: huic uero bonum, quod erga ipsum hæc passum est; sane necesse est, quæ plura sunt uno, aut paucioribus, ad numerato uno, aut paucioribus; maius item bonum esse; quia superat; quod autem inest, superatur. Et si maximum maximo præstet, etiam ipsa ipsis; & si omnia ipsa ipsis, etiam maximum maximo; ut, si maximus uir maxima muliere maior, etiam omnino uiri mulieribus maiores; & si uiri omnino mulieribus maiores, etiam uir maximus maxima muliere maior: proportionem enim habent exuperantiae generum, & rerum, quæ in eis sunt, maximarum. Et quando huic quidem illud fuerit consequens, hoc autem illi nequaquam; consequitur autem aut simul, aut deinceps, aut facultate; inest enim usus consequentis in alterius; consequitur autem simul ualitudinem uita, hæc uero eam nequaquam; posterius autem disciplinam scien-

tia & facultate uero ; sacrilegium surreptio : quia qui sacrilegium fecerit , etiam surrepti puerit . Et quae maius ipso superant ; maiora ; quia & quod maius est , superent haec cesse est . Et quae maioris boni efficiendi uim habent , maiora ; hoc enim erat maiora efficiendi uim habere . Et cuius efficiens manus , eodem modo ; si enim salubre eligendum est magis iucundo , & maius bonum est ; etiam sanitas iucunditate erit maior . Et quod magis est eligendum propter se eo ; quod non propter se , ut robur salubri ; illud enim non sui caussa , hoc uero sui ; idque erat bonum . Et si unum quidem sit finis , alterum uero non finis ; hoc enim alterius caussa , illud uero sui , ut exercitatio caussa bona affectionis corporis . Et quod minus indiget altero , aut alteris , quia se ipso contentum est magis : minus uero indiget , quod paucioribus , aut facilitioribus indiget . Et quoties unum quidem sine altero non sit , aut non possit fieri , alterum uero sine illo ; est enim seipso contentum magis , quod non indiget ; quare maius bonum uidetur . Et si sit principium , alterum uero non principium . Et si sit causa , alterum uero non causa ; propter eandem rationem ; quia sine causa , aut principio non potest esse , aut fieri . Et ex duobus

princi-

principiis; quod à maiori principiis ma-
ius. Et ex duabus causis; quod à maiori
causa; maius. Et uicissim ex duabus prin-
cipiis; quod est maioris principium; ma-
ius. Et ex duabus causis; quod maioris
est causa; maius. Per spiculum est igitur ex
iis; quæ dicta sunt; utroque modo; maius
posse apparere; etenim si unum principium
sit; alterum non principium; maius esse exi-
stirabitur. Et si non principium; alterum
vero principiū; quia finis major est; &
non principium; ut Leodamas cum Calli-
stratum accusaret; dixit; qui consilium de-
dit eo; qui patruuit; magis peccasse; quia
factum non fuisset; nisi consilium dedisset;
iterum uero cum Chabriam; eum; qui pa-
trasset; eo; qui consilium dedisset; quia
lures rei causa consilium dant; ut agant.
Et rariora copiosis; ut aurum ferro; cum
minus utile sit; quia maior est possessio;
propterea quia difficilior est. Alio uero
modo copiosa raris; quia usus præstat; quod
enim sape præstat ei; quod raro; unde di-
citur; Optima quidem aqua. Et omnino
difficiliora facilitoribus; quia rariora. Alio
uero modo facilitiora difficilioribus; quia
se habent ita; ut uolumus. Et cuius con-
trarium maius. Et cuius priuatio maior.
Et uiribus non uirtute. Et uitium non ui-
tio,

tio, maius; quia illa finis, hæc non finis. Et quorum opera honestiora, aut turpiora ipsa maiora. Et quorum uitia, aut uirtutes maiores; etiam opera maiora: quoniam ut causæ, atque principia, item euenta; & ut cuncta, item causæ, atque principia. Et quorum exuperantia magis eligenda, aut magis honesta; ut exquisite uidere eligendum est magis; quam odorari; quare aspectus, quam odoratus: & sodalium studiosum esse potius, quam pecuniarum honestius est; quare studium etiam sodalium, quam studium pecuniarum. Et contra meliorum exuperantiae, meliores; & honestiorum, honestiores. Et quorum cupiditates honestiores, & meliores; quia maiores appetitiones maiorum rerum sunt semper. Et honestiorum, aut etiam meliorum cupiditates, meliores, aut honestiores; propter eandem rationem. Et quorum scientiæ honestiores, aut magis probæ; etiam res honestiores, & magis probæ; ut enim se habet scientiæ, item ueritas: præcipit autem unaquaque eam, qua sui est. Et scientiæ rerum magis probatum, & honestiorum, ex proportione; propter eandem rationem. Et quod iudicarent, aut iudicarunt prudentes aut omnes, aut vulgares, aut plerique, aut optimi.

mi bonum, aut maius esse; id ita se habere necesse est aut simpliciter, aut si prudentia iudicassent: est autem hoc commune etiam in aliis; etenim quid, & quantum, & quale perinde se habet, ac scientia, prudentiaq; præscriperit. Sed de bonis diximus; definitum est autem bonum id esse, quod prudentiam adeptæ res unaquæque eligeret; ex quo perspicuum est, & maius id esse, quod magis prudentia dicit. Et quod melioribus inest, aut simpliciter, aut quatenus sunt meliores, ut fortitudo robore. Et quod eligeret melior, aut simpliciter, aut quatenus melior est, ut iniuriam accipere potius, quam inferre; hoc enim iustior eligeret. Et iucundiora minus iucundis; quia iucunditatem omnia persequuntur, ipsiusque causa cupiunt iucunditate perfundi: his autem & bonum, & finis est definitus; iucundiora vero sunt, & quæ minus molesta, & quæ diutius sunt iucunda. Et honestiora minus honestis; honestum enim est aut quod est iucundum, aut quod propter se eligendum. Et quorū ipsi sibi ipsis, aut amicis causæ esse cupiunt magis, hæc maiora sunt bona; quorum vero minime, maiora mala. Et diuturniora minus diuturnis. Et firmiora infirmioribus; præstat enim usus eorum quidem,

tem-

tempore; horum uero, uoluntate; quoties enim uelint, præsto est magis rei firmæ usus. Et ut ex coniugatis, & similibus casibus, item alia consequuntur: ut si fortiter, honestius, & magis eligendum est, quam temperanter; etiam fortitudo magis eligenda, quam temperantia; & fortem esse, quam temperantem esse. Et quod omnes eligunt, eo, quod non omnes. Et quod plures, quam quod pauciores; bonum enim erat, quod omnes expetunt: quare etiam maius, quod magis. Et quod controuersantes, aut inimici, aut iudicantes, aut quos hi iudicant; illud enim perinde est, ac si omnes affererent; hoc uero, ac si potentes, atque scientes. Et aliquando quidem, quod omnes participant, maius est; quia dedecus est non participare: aliquando uero, quod nemo; aut quod pauci; quia rarior res est. Et laudabiliora; quia sunt honestiora. Et quorum honores maiores, eodem modo; honor enim ut premium quoddam est. Et quorum multæ maiores. Et quæ confessis, aut iis, quæ magna uideantur; maiora. Et eadem in partes diuisa; maiora uidentur; plurium enim exuperantia uidetur: unde etiam poeta inquit; illam Meleagro, ut exurgearet persuasissime, exponentem; Quot mala mor-

mortales subeant, quorum oppida capta; Et populum sternunt; tectisque incendia miscent, Abripiunt alij natos. Et componere, & coädificare; more Epicharmi; cum propter eandem caussam, ac diuisio; quia compositio exuperantiam multam ostendit; tum quia principium rerum magnarum, & caussa uidetur. Quoniam autem difficilia, & rariora maiora; etiam occasio-nes, & astatates, & loca, & tempora, & fa-cultates magnitudinem afferunt; si enim supra opes, & supra astatem, & supra pa-rees, & si ita, aut ibi, aut tunc; magnitudinem habebit, & rerum honestarum, & bo-narum, & iustarum, & contrariarum: unde & epigramma in Olympionicem; *Dura-m humeris corbem gestans paulo ante fere-bam Ex Argo pisces sedulus ad Tegeam:* & Iphicrates se ipsum laudauit, inquiens; *Ex quibus hæc affuerunt.* Et nativa ascitis; quia difficilia: unde etiam poëta inquit; *Ipse a me edoctus sum.* Et rei magna maxi-ma pars, ut Pericles cum funebrem oratio-nem haberet, iuuentutem ex ciuitate su-blamat esse, perinde ac si uer ex anno exem-ptum fuisset. Et quæ in maiore necessita-te utilia; qualia quæ in senectute, & mor-bis. Et ex duobus quod est propinquius fini. Et quod huic, quam simpliciter. Et possibile

possibile impossibili; quia illud fibi, hoc uero non item. Et quæ in fine uitæ; quia quæ ad finem fines sunt magis. Et quæ ad ueritatem pertinent iis, quæ ad opinionem: eius uero quod ad opinionem, terminus est, quod, si latiturus esset, non eligeret: itaque beneficium accipere, quam dare, magis eligendum uidetur; quia illud, etiam si lateat, eligit; beneficium autem dare, si lateat, electurus non uidetur. Et quæcunque esse magis, quam existimari uolunt; quia ad ueritatem pertinent magis: itaque iustitiam etiam rem paruam inquunt esse, quia existimari: quam esse, eligendum est magis; ualitudinem autem nequaquam. Et quod ad multas res utilius est; ut ad uiuendum, & bene uiuendum, & uoluptatem, & res honestas administrandas: itaque & ualitudo, & diuitiae maxima esse existimantur; quia hæc continent omnia. Et quæ minus molesta, & quæ cum uoluptate sunt; quia plura uno sunt; quo fit, ut & uoluptas bonum sit, & indolentia. Et ex duobus, quod eidem adiunctum est, maius totum reddit: Et quæ non latent, cum adsunt, quam quæ latent; hæc enim ad ueritatem pertinent: itaque dicitur esse maior bonum uidebitur, quam existimari.

D. Et

Et quod carum est, & aliis quidem solum; aliis nero cum aliis: quo fit, ut non aequa plectatur, si quis altero praeeditum oculo excæcauerit, ac si duobus, quia rem caram eripuit. Atque ex quibus quidem fidem ducere adhortando, ac dehortando conueniat, ferme expositum est oppositum.

Respublicas cognoscendas esse suadenti.

M A X I M U M autem, ac potentissimum omnium est, ut persuadere, & egregie consilium date possimus, respublicas omnes assumere, & instituta cuiusque, ac leges, utilitatesque distinguere; persuadent enim omnes utilitate, utile autem est id, quod rem per conseruat: principatus autem est ipsum principis editum: principatus uero pro rebus publicis sunt distincti; quot enim respublicas, tot & principatus sunt auten respublicas quatuor, populi dominatus; paucorum; optimatum; iunius; quare quod principatum obtinet, & iudicium; harum sane pars, aut totum existet. Est autem popularis status respublica, in qua sorte mandant magistratus paucorum uero, in qua, qui censu; optimatum autem,

tem, in qua, qui disciplina; disciplinam, uero uoco, quæ lege constituta est; nam, qui legibus steterunt, in optimatum rep. præsunt: hos autem optimos uideri necesse est, unde hoc quoque nomen assumpsit, unius uero secundum nomen est; in qua unus rerum omnium princeps est; harum autem quæ descriptionem aliquam habet, regnum; indefinita uero, tyrannis. Ac sane cuiusque reip. finem non ignotum esse oportet; quia eligunt quæ ad finem: est autem populi quidem finis, libertas; paucorum uero, diuitiæ; optimatum autem disciplina, & leges; tyranidis autem custodia: ex quo perspicuum est, quæ ad finem cuiusque pertinent institutæ, leges, utilitatesque distinguendas esse; siquidem eligunt ad hunc referentes. Quoniam autem fides non solum demonstrativa, sed etiam morata oratione finit (quia enim cuiusdammodi uidetur orator, fidem habemus, id est si bonus uideatur, aut bonus, aut uterque) sane reip. cuiusq; institutæ tenore debebimus; mores enim tuis iusque raptissimos esse ad persuadendum apud unamquamque necessè est: hi uero ex istud comparabuntur; mores enim ex prælectione eluent, præelectio uero refertur ad finem. Ac quæ quidem affectan-

da sint eis, qui adhortantur, tanquam futura, aut præsentia; & ex quibus fides de utili sint sumenda; itemque de rerump moribus, ac legibus; & ex quibus; & quomodo abundabimus; quatenus præsenti aptum est temporis dictum est; nam in Politicis hæc tractata sunt diligenter.

Proprias propositiones in laudando, & uituperando duci ab honesto, ac turpi, & uitute, ac uitio, & quæ ipsa sint.

POST hæc autem dicamus de uitute, ac uitio, & honesto, ac turpi; hæc enim proposita sunt laudatori, ac uituperatori: sed enim ut de his disputantes, simul & illa aperiamus, ex quibus cuiusdammodi secundum mores iudicabimus; quæ secunda fides erat: ex iisdem enim & nos, & alium fide dignum reddere poterimus ad uitutem. Quoniam autem accidit, ut ioco, & serio laudemis saperemus non solum hominem, aut deum; sed res etiam inanimatas, & reliquorum animantium quodlibet; eodem modo & de his propositiones erunt parandæ: quare quodammodo exempli.

pli' gratia de his etiam differamus. Honestum igitur est, quod per se eligendum cum sit, laudabile sit; aut bonum cum sit, iucundum sit, quia bonum. Si autem hoc est honestum, uirtutem honestam esse necesse est; quia cum bona sit, laudabilis est: uirtus autem, ut uidetur, facultas est patatrix, conseruatrixque bonorum; & facultas benefica multarum rerum, & magnarum, & omnium in omnibus. Partes autem uirtutis sunt iustitia, fortitudo, temperantia, magnificantia, magnanimitas, liberalitas, mansuetudo, prudentia, sapientia. Necesse est autem maximas esse uirtutes, quae sint utilissimæ aliis; siquidem uirtus facultas est benefica: propterea enim iustos, & fortes summis honoribus afficiunt; quia illa in bello, hæc uero etiam in pace ipsis est salutaris: deinde liberalitas; quia effundunt, & de pecuniis non contendunt, quas magnopere alii expetunt. Est autem iustitia uirtus, per quam suum quisque retinet; & ut lex: iniustitia uero, per quam aliena; non ut lex.. Fortitudo autem, per quam honestas in periculis obeunt actiones, & ut præcipit lex, & legi obtemperant; timiditas uero contra. Temperantia uero uirtus, per quam aduersus uoluptates corporis ita afficiuntur, ut præ-

D . 3 cipit

cepit lex; intemperantia uero contra. Liberalitas autem quæ benigne facit in pecunias; illiberalitas uero contra. Magnanimitas uirtus magna conferens beneficia. Magnificentia uirtus, quæ magnitudinem in sumptibus adhibet; pusillanimitas, & paruifcentia contra. Prudentia uirtus est rationis, per quam bene consultare possunt de bonis, & malis; quæ ad beatitudinem dicta sunt. Ac de uirtute quidem, & uirtus in uniuersum, & de partibus dictum est in præsenti tempore satis: de reliquis autem non est difficile uidere; perspicuum est enim, necesse esse & efficientia uirtutis esse honesta, quia ad uirtutem. Et quæ a uirtute efficiuntur, cuiusmodi sunt: & signa uirtutis, & opera. Quoniam autem signa, & eiusmodi res, quæ sunt boni uiri opera, aut perpessiones, honesta sunt; necesse est, quæcumque fortitudinis opera, aut signa fortitudinis, aut fortiter gesta sunt, esse honesta. Et iusta, & quæ iuste suscepτæ actiones sunt, perpessiones uero nequaquam, in hac enim uirtute sola non semper est honestam, quod iuste; sed damnari turpius est iuste, quam iniuste: atque in aliis uirtutibus eodem modo. Et quanto præmia honor, honesta. Et quorum honor potius, quam pecuniae. Et quæ haud-

haudquam fui gratia agit aliquis ex rebus eligendis. Et quæ simpliciter bona; ut quæ pro patria gessit aliquis ratione sui posthabita. Et quæ natura bona. Et quæ haudquam sibi bona; quia sui gratia sunt talia. Et quæ accidit; ut mortuo ad sint potius; quam uiuenti; quia quæ uiuenti continent magis quod sui gratia. Et quæ opera aliorum sunt gratia; minus enim sui. Et quæ bene gesta sunt in alios, non autem in se. Et in eos, qui beneficium derunt; quia iustum. Et beneficia collata; quia non in se. Et contraria iis, quorum pudore afficiuntur; turpum enim pudet & loquentes, & facientes, & loquunturos, & facturos; quemadmodum Sapho respondit, cum diceret Alcaeus; *Volo quid dicere, at me impedit pudor.* Si uenisses in bonarum rerum desiderium, aut honestarum, nec malum dicere lingua moliretur, haudquam pudor occuparet oculos tuos; sed de rebus iustis loquereris. Et quibus anguntur nullo timore perculsi; quia in bonis, quæ ad opinionem pertinent, hunc in modum afficiuntur. Et eorum, qui natura meliores sunt; uirtutes honestiores, itemque opera; ut uiri, quam mulieris. Et fructuosa aliis potius, quam sibi; quo sit, ut & iustum, & iustitia sit honesta. Et inimicos uelisci potius,

D 4 quam

quām reconciliari; quia retribuere iustum est, iustum autem honestum, fortisq; hominis est, non cedere. Et uictoria, & honor ex honestis; quia eligenda, quanuis frugifera non sint, & uirtutis excellentiam arguunt. Et ad memoriam illustria. Et quæ magis, magis. Et quæ non uiuentem sequuntur. Et quæ consequitur honor. Et quæ excellunt. Et quæ soli adsunt, honestiora; quia ad memoriam illustriora. Et prædia in frugifera; quia liberaliora. Et quæ apud singulos propria, honestia. Et quæ signa sunt earum rerum, quæ apud quosq; laudantur; ut Lacedæmone comam alere, honestum; quia libertatis est signum; qui nanq; gerit comam, opus aliquod seruile haud sâne facile efficit. Et nullam operasam artem exercere; quia liberi hominis est haudquam alteri uiuere. Aslumenta uero sunt etiâ quæ uicina sunt iis, quæ adsunt, tanquam idem ualentia tum ad laudem, tum ad uituperationem, uicautum, ac animosum timidum, ac insidiosum; & stolidum, frigi; & indolentem, mitem, atque unumquodque ex consequentiis semper iuxta id, quod est optimum; ut iracundum, ac furiosum, simplicem; & contumaceum, magnificum, ac grandem; & qui sunt in exuperationibus & que ac si sint

in

in uirtutibus; ut audacem, fortēm; & asto-
tum, liberalem; quia cum probabitur mal-
tidini, tam simul uita habebit paralogismi
ex cauſa: si enim ubi non est neceſſe, prom-
ptus est ad excipienda pericula; multo ma-
gis existimabitur, ubi honestum; & si promptus
est ad largiendum quibuslibet; etiam
amicis; quia excellentia uirtutis est, bene
de omnibus promereti.

Laudatorem in eos, apud quos
laudet, & quos laudet, intueri
debere.

CONSIDERANDVM porro etiā
est, apud quos laudes; quia, ut Socrates
dicebat, Athenienses inter Athenienses lau-
dare, nihil negotii est: oportet autem quod
apud quosque in honore est, dicere; quasi
suppetat; ut inter Scythas, aut Laconas,
aut philosophos; & omnino quod honora-
rum est, redigere ad honestum; quia uici-
num existimatur. Et quæcunq; prout con-
ueniebat; ut, si res dignas maioribus, &
iis, quas ante administrauit; quia pertinet
ad beatitudinem, & honestum est adauge-
re honorem: aut si contra, quam conue-
niebat; ad id, quod melius, atque hone-
stius;

stius; ut si in secunda quidem fortuna moderatus, in aduersa uero magnanimitus; aut opibus auctus, melior ac placabilior fuit: tale autem est illud Iphicratis; Ex quibus in qua: & Olympiponicæ; Duram humeris torbem gerens paulo ante: atque illud Simonidis; Quæ genitorem habuit regem, fratresque virumque. Quoniam autem ex actionibus laus existit; propriumque boni uiri est, ex præelectione; danda est opera, ut ostendamus egisse ex præelectione; proficit autem, si sèpius uideatur egisse: quatenus quæ casu, & quæ fortuna, atque, ac si ex præelectione, sumenda; si enim multa, & similia proferantur; signum uirtutis esse, & præelectionis existimabitur. Est autem laus oratio, quæ uirtutis magnitudinem indicat; quare actiones demonstrandum est tales esse: Encomium uero operum est; quæ uero circum sunt, ad fidem; ut nobilitas, & disciplina; quia uerisimile est, ex bonis bonos; atque ita educatum, talēm esse; itaque encomio ornamus eos quoque, qui egerunt: opera uero signa sunt habitus; quia laudaremus etiam, qui non egisset, si talem esse crederemus: Felicitatio uero, & beatio inter se sunt eadem; at cum his non eadem: uerum ut beatitudo uirtutem; sic beatio continet hæc,

CANT.

Laudem,

Laudem, & consilium esse affinia.

HABENT autem communem formam laus, & consilia ; quia quae in consilio dando præciperes, ea si dicendo traiicitur, encomia sunt : quoniam igitur tenemus, quæ agere, & qualem esse oportet ; hæc tanquam præcepta edentes, dicendo, traiicere, atque conuertere debemus : exempli gratia, quod non conuenit fortunæ bonis efferti, sed suis ; ita quidem dictum præcepti uim obtinet ; at uero ita, laudis ; efferens sese non fortunæ bonis, sed suis. Quare cum laudare uolueris, uide, quid præciperes ; & cum præcipere, uide, quid laudares : dictio uero necessario opponetur, quoties illud prohibens, hoc non prohibens traiicitur.

Amplificationem adhibendam est se ad laudem.

A D H I B E N D A porro multa etiam sunt eorum, quæ uim habent amplificandi, ut si solus, aut primus, aut cum paucis, aut ille præcipue fecit ; sunt enim hæc omnia honesta : & quod tempore, & occasione ;

sione; ea uero contra, quam conueniebat. Et si s^epius idem recte administrauit; quia magnitudinem habet, & non a fortuna; sed ab ipso existimabitur. Et si non adhortantur, & honestant, propter hunc iuuentu sunt, & comparata. Et in quem primum encomium factum est, ut in Hippolochum, & Harmodium, ac Aristogitonem in foro statuam consequatos: similiterque etiam in contrariis. Quod si ex ipso copia dicendi tibi non suppetet; cum aliis compara; quemadmodum Isocrates ex iudicialis directionis consuetudine faciebat: oportet autem cum illustribus conferre; quia ad amplificandum idoneum, honestumque est, si bonis melior sit. Cadit autem egregie amplificatio in laudes, quia uersatur in excellentia; quae ex honestis rebus est. itaque si non cum illustribus, at cum aliis comparare oportet; quia excellentia existimatur indicare uirtutem. Omnino autem formarum omnibus orationibus communium, amplificatio demonstratiuis aptissima est; quia confessas actiones accipiunt ita, ut reliquum sit magnitudinem, atque ornamentum adiungere: exempla uero deliberatius; quia ex prateritis futura augurantes, iudicium facimus: enthymemata uero iudicialibus; quia cauissimam, & demonstratio-

nem

nem recipit potissimum factum; propter obscuritatem. Ac ex quibus quidem laudes, & mituperationes ferme omnes ducantur; & in quæ intuendo, laudare, ac uituperare conueniat; & ex quibus encomia constituantur, & probra; hæc sunt: si enim hæc tenentur; quæ sunt his contraria, liquent; si quidem uituperatio est ex contrariis.

Próprias propositiones in accusando, ac defendendo esse, nosse, quarum rerum causa fiat iniuria, & a quo, & cui.

De Enaconfatione autem, ac defensione, enquit; ac cuiusmodi confidere syllogismos oporteat, deinceps sequitur, ut dicimus. Tria ergo nobis assumenda sunt; unum; quantum, & quot rerum causa homines iniuriam faciant; alterum, quomodo ipsi affecti; tertium, quibus, & quem admodum se habentibus. Ergo, definito, quid sit iniuriam facere, deinceps exponamus. Sit igitur iniuriam facere, nocere sua sponte contra legem. Lex autem una est priuata, altera communis: dico autem

priuatam

priuatam, secundum quam scriptam inciuitate uiuunt & communem uero, quæcunque non scripta inter omnes homines constare existimantur: sponte uero sua faciunt, quæcunque scientes, & non coacti. Acquacunquie: quidem sua sponte; non omnia præeligentes; quæ uero præeligentes, scientes omnia; nemo enim quod præeligit, ignorat: ob quæ uero præeligunt nocere, & flagitium committere contra legem; uitium, atq; incontinentia est: si enim, quidam nequitia prædicti sint aut una, aut pluribus, in eo, in quo sunt nequitiam, etiam iniuriose se gerunt; ut illiberalis in pecunijs; intemperans in corporis uoluptatibus; mollis in desidia; fortis in periculis, quia periculi socios deserunt propter timorem; ambitiosus, propter honorem; graculus, propter iram; pugnax, propter vindictam; amarus, propter ultionem; imprudens, quia iniusto, atque iniusto decipitur; impudens, quia existimationem partui facit; similiter uero & aliorum singulari in singulis rebus subiectis. Atque hæc quidem perspicua sunt partim ex ijs, quæ de virtutibus exposuimus, partim ex ijs, quæ de affectibus exponemus.

TOMVS I.

Quarum

Quartum rerum caussa fiant omnia, & maxime de iucundis, propter quae fit iniuria.

RELIQVM est autem, ut dicamus, eius rei gratia; & quoniam modo se habentes, iniuriam faciant; & quibus. Ac primum quidem explicemus, quibus rebus appetendis, quibusque fugiendis, lacestant iniuria; perspicuum est enim accusatorij iudicium esse quiet, & quoniam eorum in adversario finit, quibus appetendis, omnes alteris iniuriam faciant: defensori vero quae, & quoniam eorum non insint. Omnes igitur agunt omnia partim non per se ipsos; partim per se ipsos: at quae quidem non per se ipsos, alia propter fortunam agunt; alia ex necessitate; quae vero ex necessitate; alia ut; alia naturalia. quare omnia; quae non per se ipsos agunt; alia fortuna, alia natura, alia ut. Quae vero per se ipsos; & quorum ipsi causa sunt, alia propter consuetudinem; alia propter appetitionem; itemque alia propter appetitionem ratiocinationis participem; alia propter ratiocinationis expertem; et aliae voluntas boni appetitio cum ratione; hemib enim

enim uult, nisi quod bonum esse putauerit; ira uero, & cupiditas appetitiones sunt ratiocinationis expertes. quare quæcunque agunt, omnia propter septem causas agant necesse est; fortunam; uim; naturam; consuetudinem; ratiocinationem; iram; cupiditatem. Ceterum, quæ aguntur, pro æstatibus, aut habitibus, aut aliis quibuscunque, dividere; superuacaneum est: etenim si iuuenibus accidit, ut iracundi, aut cupidi sint; non propter intentum eiusmodi res administrant, sed propter iram, & cupiditatem; neque propter diuitias, & paupertatem, sed accidit pauperibus, ut propter indigentiam pecunias cipient; diuitibus autem, ut propter licentiam uoluptates non necessarias concipi- scant; uerum agent & hi non propter diuitias, & paupertatem, sed propter cupiditatem; similiter uero etiam iusti, & iniusti, & ceteri, qui pro habitibus agere dicuntur, propter hæc omnia agent, nimis aut propter ratiocinationem, aut propter affectum: uerum alij quidem propter mores, & affectus bonos, alij uero propter contrarios: accidit tamen, ut talibus habitibus talia consequentia sint, talibus uero talia; nam, ne longe abeamus, temperantem fortasse propter temperantiam opiniones, &

nes; & cupiditates bona de voluptatibus consequuntur; intemperantem uero, contrariae de ijs eisdem: quamobrem eiusmodi mittendæ diuisiones sunt; uerum uidentur est, quæ res quas consequi soleantur, nam albus ne, an ater, aut magnus ne, an parvus sit; nihil rerum eiusmodi consequi constitutum est, at uero iuuensis ne, an senex; aut iustus he, an iniustus sit; iam differt: & omnino omnia, quæ cum eueniunt, hominum mores differentes reddunt, ut diues ne esse, an pauper; & secunda ne fortuna, an aduersa uti existimetur; non nihil intererit. Atque hæc quidem posterius tractabimus: nunc uero primum de reliquis differamus. Fortuna igitur ea fieri dicuntur, quorum causa est indefinita, neque alicuius rei gratia fiunt, nec semper, nec plerunque, nec ordinate: hæc autem ex fortunæ definitione perspicua sunt. Natura uero, ea, quorum causa & in ipsis est, & ordinata; quia aut semper, aut plerunque eodem modo eueniunt: nam de ijs, quæ contra naturam fiunt, non est subtiliter differendum, utrum nonnulla secundum naturam, an propter aliam causam fiant: uerum & fortuna eiusmodi rerum causa esse existimari possit. Vi autem, quæcumque contra cupiditatem, aut ratio-

E cina-

cinationem per ipsos agentes sunt. Confucius
tudine uero, quæcunque faciunt ex eo, quia
sepe fecerunt. Propter ratiocinationem
autem, quæ ex commémoratis bonis pro-
delle existimantur, aut tanquam finis; aut
tanquam ad finem, quoties propter utili-
tatem agantur: siquidem & intemperantes
nonnulla utilia faciunt; uerum non propter
utilitatem, sed propter uoluptatem: Pro-
pter excandescientiam autem; & iram, ea,
quæ referuntur ad ultionem: differt autem
ultio à castigatione; siquidem castigatio
est illius gratia, qui patitur; ultio uero il-
lius, qui facit; ut exsaturetur: uerum,
quid ira sit, in ijs, quæ de affectibus dice-
mus, aperiemus. Propter cupiditatem au-
tem aguntur, quæcunque iucunda uiden-
tur: quæ uero consueimus, & quibus af-
ficiuntur, inter iucunda sunt; quia
multæ eorum etiam, quæ natura haudqua-
quam iucunda sunt; ubi sunt affacti,
iucunde faciunt. Quare (ut summatim di-
cam) quæ per se ipsos agunt, omnia aut
bona, aut iucunda sunt, aut bonorum; ac
iucundorum speciem præferunt. Quoniam
autem quæ per se ipsos, ea sua sponte
agunt; non sua sponte uero, quæ non per
se ipsos; sane omnia, quæ sua sponte agunt,
aut bona esse, aut speciem bonorum præ-
ferre;

seferre; aut iucunda esse, aut speciem iucundorum præseferre, necesse est: etenim & malorum; aut speciem malorum habentium; aut liberationem; aut pro maiore minoris adeptionem in bonis repono; quia sunt eligenda quodammodo: & rerum molestiarum aut speciem habentium; aut liberationem; aut minorum pro maioribus adeptionem, in iucundis eodem modo. Ergo utilia & iucunda quot, & qualia sint, arripienda sunt. Ac de utilibus quidem supra in deliberatiuis est disputatum.

Nunc autem de iucundis loquamur. Existimare autem oportet, definitiones tum demum idoneas esse, cum de singulis rebus neque obscuræ sint, neque exquisitæ. Positum ergo sit nobis, uoluptatem motum esse animi quandam, ac momentaneam constitutionem, eamque sensibilem in naturam insitam: molestiam autem, contra. Si ergo uoluptas est aliquid eiusmodi, non est dubium, quin iucundum sit etiam, quod commemorata affectionis parienda uim habet; molestum autem, quod corrumpendæ, aut contrariæ pariēda. Necesse est igitur iucundum esse tum ad id, quod est secundum naturam, plerunque īre; tum maxime, quoties suam ipsorum naturam adepta sint, quæ secundum ipsam

E 2 fiunt.

funt. Et consuetudines; quia consuetum iam, quasi natura, insitum est; etenim consuetudo simile aliquid est naturæ; quia quod s̄ape fit, prope accedit ad id, quod semper: natura uero earum rerum est, quæ semper; consuetudo uero earum, quæ s̄ape. Et non uiolenta; quia uis est contra naturam: itaq; necessitates molestæ sunt; & recte dictum est; *Molestem enim est, quod agi necesse est.* Et curationes, & studia, & contentiones molestas esse; hæc enim necessaria, ac uiolenta sunt; nisi assuefacti sint, atque ita consuetudo iucundum efficit. Contraria uero iucunda; itaque ocationes, & a labore cessationes, & non curantia, & Iusus, & requietes, & somni, rerum sunt iucundarum; quia nihil eorum est ex necessitate. Et quorum cupiditas extiterit, iucunda sunt omnia; quia cupiditas iucundi appetitio est: cupiditatum autem aliæ carent ratione; aliæ sunt cum ratione coniunctæ: uoco autem ratione carentes, quibus non ex eo, quia opinentur aliquid, ducuntur; sunt autem eiusmodi, quæcunque dicuntur esse natura, quales, quæ propter corpus insitæ sunt; ut alimenti, sitis, & fames; & in unoquoque genere alimenti, cupiditas; & quæ in ebris gustabilibus, & in uenereis, & omnino

nino in tractabilibus, & in odoratu suavitatis, & auditu, & aspectu: cum ratione uero coniunctas, quibuscunque ex eo, quia sunt persuasi, alliciuntur; etenim multa & spectare, & adipisci cupiunt, quod audiuerint, ac persuasi sint. Quoniam autem iucunditas in aliquo affectu sentiendo uersatur; phantasia uero sensus est quidam imbecillus; & recordantem, & sperantem phantasia quædam sequitur eius rei, quam recordatur, aut sperat: quod si ita est, non est dubium, quin etiam uoluptates uehementes sint in iis, qui recordantur, & sperant; siquidem & sensus: quare necesse est, iucunda omnia aut in sentiendis rebus praesentibus, aut in recordandis præteritis, aut in sperandis futuris uersari; quia sentiunt præsentia, recordantur præterita, sperant futura. Ac quæ quidem memoria retinentur, iucunda sunt, non ea solum, quæ tum cum aderant, erant iucunda; sed nonnulla etiam iniucunda, si quod post id est, bonum, honestumque sequatur: unde & illud dictum est; *Delectat sed enim saluum meminisse laboris.* Et illud; *Post mala letatur memor est quicunque pericli.* huius autem rei caussa est, quia iucundum est etiam uacare malo. Ex iis autem, quæ inspe sunt, quæcumque cum adsunt, aut ex-

64 ARIST. ART. RHE.
enim uult, nisi quod bonum esse putauerit; ita uero, & cupiditas appetitiones sunt ratiocinationis expertes. quare quæcunque agunt, omnia propter septem causas agant necesse est; fortuna; uim; naturam; con-suetudinem; ratiocinationem; iram; cupiditatem. Ceterum, quæ aguntur, prostatibus, aut habitibus, aut aliis quibus-que, diuidere; superiuacanem est: etenim si iuuenibus accidit, ut iracundi, aut cupidi sint; non propter intentum eiusmodi res administrant, sed propter iram, & cupiditatem; neque propter diui-tias, & paupertatem, sed accidit paupe-ribus, ut propter indigentiam pecunias cu-piant; diuitibus autem, ut propter licen-tiam uoluptates non necessarias convipi-scant; uerum agent & hi non propter diui-tias, & paupertatem, sed propter cupidita tem; similiter uero etiam iusti, & iniusti, & ceteri, qui pro habitibus agere dicun-tur, propter hæc omnia agent; nimisrum aut propter ratiocinationem, aut propter affectum: uerum alij quidem propter mo-res, & affectus bonos, alij uero propter contrarios: accidit tamen, ut talibus habi-tibus talia consequentia sint, talibus uero talia; nam, ne longe abeamus, temperan-tem fortasse propter temperantiam opinio-nes, &

nes; & cupiditates bona de uoluptatibus consequuntur; intemperantem uero, contrariae de ijs eisdem: quamobrem eiusmodi mictendæ diuisiones sunt; uerum uidentur est, quæ res quas consequi soleant; nam albus ne, an ater, aut magnus ne, an paruus sit, nihil rerum eiusmodi consequi constitutum est, at uero iuuensis ne, an senex; aut iustus ne, an iniustus sit; iam differt: & omnino omnia, quæ cum eueniunt, hominum mores differentes reddunt, ut diues ne esse, an pauper; & secunda ne fortuna, an aduersa uti existimetur; non nihil intererit. Atque hæc quidem posterius tractabimus: nunc uero primum de reliquis differamus. Fortuna igitur ea fieri dicuntur, quorum causa est indefinita, neque alicuius rei gratia fiunt, nec semper, nec plerunque, nec ordinate: hæc autem ex fortunæ definitione perspicua sunt. Natura uero, ea, quorum causa & in ipsis est, & ordinata; quia aut semper, aut plerunque eodem modo eueniunt: nam de ijs, quæ contra naturam fiunt, non est subtilli ter differendum, utrum nonnulla secundum naturam, an propter aliam causam fiuant: uerum & fortuna eiusmodi rerum causa esse existimari possit. Vi autem, quæcumque contra cupiditatem, aut ratio-

E cina

cinationem per ipsos agentes sunt. Confuetudine uero, quæcunque faciunt ex eo, quia sape fecerunt. Propter ratiocinationem autem, quæ ex commémoratis bonis prædestinat existimantur, aut tanquam finis; aut tanquam ad finem, quoties propter utilitatem agantur: siquidem & intemperantes nonnulla utilia faciunt; uerum non propter utilitatem, sed propter uoluptatem. Propter excandescientiam autem, & iram, ea, quæ referuntur ad ultionem, differt autem ultio à castigatione; siquidem castigatio est illius gratia, qui patitur; ultio uero illius, qui facit; ut exsaturetur: uerum, quid ira sit, in ijs, quæ de affectibus dicimus, aperiemus. Propter cupiditatem autem aguntur, quæcunque iucunda uidentur: quæ uero consueuimus, & quibus assuefacti sumus, inter iucunda sunt; quia multa eorum etiam, quæ natura haudquam iucunda sunt; ubi sunt assuefacti, iucunde faciunt. Quare (ut summatur dicam) quæ per se ipsos agunt, omnia aut bona, aut iucunda sunt, aut bonorum, ac iucundorum speciem præferunt. Quoniam autem quæ per se ipsos, ea sua sponte agunt; non sua sponte uero, quæ non per se ipsos; sene omnia, quæ sua sponte agunt, aut bona esse, aut speciem bonorum præferre;

seferre; aut iucunda esse, aut speciem iucundorum præseferre, necesse est: etenim & malorum; aut speciem malorum habentium; aut liberationem; aut pro maiore minoris adeptionem in bonis repono; quia sunt eligenda quodammodo: & rerum molestiarum aut speciem habentium; aut liberationem; aut minorum pro maioribus adeptionem, in iucundis eodem modo. Ergo utilia & iucunda quot, & qualia sint, arripienda sunt. Ac de utilibus quidem supra in deliberatiis est disputatum.

Nunc autem de iucundis loquamur. Ex stimare autem oportet, definitiones tum demum idoneas esse, cum de singulis rebus neque obscuræ sint, neque exquisitæ; Positum ergo sit nobis, uoluptatem motum esse animi quandam, ac momentaneam constitutionem, eamque sensibilem in naturam insitam: molestiam autem, contra. Si ergo uoluptas est aliquid eiusmodi, non est dubium, quin iucundum sit etiam, quod commemorata affectionis parienda uim habet; molestum autem, quod corrumpendæ, aut contrariae pariēda. Necesse est igitur iucundum esse tum ad id, quod est secundum naturam, plerunque ire; tum maximè, quoties suam ipsorum naturam adepta sint, quæ secundum ipsam

E 2 fiunt.

fiunt. Et consuetudines; quia consuetum iam, quasi natura, insitum est; etenim cōsuetudo simile aliquid est naturæ; quia quod sāpe fit, prope accedit ad id, quod semper: natura uero earum rerum est, quæ semper; consuetudo uero earum, quæ sāpe. Et non uiolenta; quia uis est contra naturam: itaq; necessitates molestæ sunt; & recte dictum est; *Molestum enim est, quod agi necesse est.* Et curationes, & studia, & contentiones molestas esse; hæc enim necessaria, ac uiolenta sunt; nisi assuefacti sint, atque ita consuetudo iucundum efficit. Contraria uero iucunda; itaque ociasiones, & a labore cessationes, & non curantia, & lusus, & requiates, & somni, rerum sunt iucundarum; quia nihil eorum est ex necessitate. Et quorum cupiditas extiterit, iucunda sunt omnia; quia cupiditas iucundi appetitio est: cupiditatum autem aliæ carent ratione; aliæ sunt cum ratione coniuncta: uoco autem ratione carentes, quibus non ex eo, quia opinentur aliquid, ducuntur; sunt autem eiusmodi, quæcunque dicuntur esse natura, quales, quæ propter corpus insitæ sunt; ut alimenti, sitis, & fames; & in unoquoque genere alimenti, cupiditas; & quæ in rebus gustabilibus, & in uenereis, & omnino

nino in tractabilibus, & in odoratu suavitatis, & auditu, & aspectu: cum ratione uero coniunctas, quibuscunque ex eo, quia sunt persuasi, alliciuntur; etenim multa & spectare, & adipisci cupiunt, quod audierint, ac persuasi sint. Quoniam autem iucunditas in aliquo affectu sentiendo uersatur; phantasia uero sensus est quidam imbecillus; & recordantem, & sperantem phantasia quædam sequitur eius rei, quam recordatur, aut sperat: quod si ita est, non est dubium, quin etiam uoluptates uehementes sint in iis, qui recordantur, & sperant; siquidem & sensus: quare necesse est, iucunda omnia aut in sentiendis rebus præsentibus, aut in recordandis præteritis, aut in sperandis futuris uersari; quia sentiunt præsentia, recordantur præterita, sperant futura. Ac quæ quidem memoria retinentur, iucunda sunt, non ea solum, quæ tum cum aderant, erant iucunda; sed nonnulla etiam iniucunda, si quod post id est, bonum, honestumque sequatur: unde & illud dictum est; *Delestat sed enim saluum meminisse laboris.* Et illud; *Post mala latatur memor est quicunque pericli.* huius autem rei caussa est, quia iucundum est etiam uacare malo. Ex iis autem, quæ inspe sunt, quæcumque cum adsunt, aut ex-

hilarare, aut prodeesse ualde; aut sine mo-
 lestia prodeesse uidentur; atque omnino;
 quæcunque cum adsunt, exhilarant; ea ple-
 runque & sperantes etiam, & recordantes:
 quo fit, ut irasci iucundum sit; quia nemo
 irascitur ei, qui uindicari non posse uidea-
 tur; quin etiam iis, qui se multum superant
 viribus aut non irascuntur, aut imbecillius:
 quemadmodum cecinit Homerus de ex-
 candescentia: *Quæ melle liquente magis*
dulcis. Et in plurimis cupiditatibus uo-
 luptas quædam sequitur; quia aut recordan-
 tes se consequitos, uoluptate quadam
 afficiuntur; ut qui in feribus siti uexan-
 tur, & recordantes, se bibisse, & speran-
 tes, fore, ut bibant; gaudent. Et qui amant,
 tū colloquentes, tum scribentes, tum pan-
 gentes aliquid de amoribus, dele&tantur;
 in his enim omnibus eiusmodi recordantes
 quodammodo se sentire arbitrantur amo-
 res: & hoc uero amoris initium omnibus
 est, quando non solum præsenti gaudeant;
 sed etiam absentem recordantes ament:
 quocirca & cum molestiam attulerit, ex
 eo, quia non adsit. Et in luctibus, ac la-
 mentationibus uoluptas quædam inhæret;
 molestia enim est in eo, quia non suppetit;
 uoluptas autem in recordando, & eo quo-
 dammodo aspicio, & quæ egit, & cu-

ius-

iusmodi fuit: unde & illud dictum est;
Sic ait, & cunctos lacrymarum accendit amar-
re. Et ulcisci iucundum est; quod enim
nisi consequaris, molestum est; id, si con-
sequaris, iucundum: qui uero irascuntur,
moleste ferunt præter modum, nisi ulciscan-
tur; dum sperant autem gaudio afficiun-
tur. Et uincere iucundum est non solum
uictoriae studiosis, sed etiam omnibus;
quia oritur excellentiae phantasia; cuius
rei cupiditate omnes ducuntur, aut remis-
sius, aut uehementius. Quoniam autem
uictoria iucunda est, & ludii iucundi sint
necessæ est, & pugnarum, & tibiarum, &
contentionum; quia in iis sæpe uictoria
paritur; & ludus talorum, & pilæ, & tesse-
rarum, & calculorum; & de seruis etiam
ludis eodem modo; sunt enim alii iucun-
di, si quis assueuerit, alii continuo iucun-
di, ut uenatio, & uniuersa ferarum inse-
ctatio; quia ubi certamen, ibi & uictoria
sita est. Quocirca iudiciorum, contentio-
numque tractatio iucunda sunt iis, qui af-
sueuerunt, & iis, qui in iis ualent. Et ho-
nor, & bona existimatio rerum sunt iucun-
dissimarum; quia phantasia cuique exci-
tatur, se talem, ac uirtute præditum esse;
idque etiam magis, cum ii afferunt, quos
uera dicere existimant: eiusmodi uero sunt

E 4 uicini

sione; ea uero contra, quam conueniebat. Et si s̄p̄ius idem recte administrāvit; quia magnitudinem habet, & non a fortuna; sed ab ipso existimabitur. Et si quae adhortantur, & honestant, propter hinc iuventa sunt, & comparata. Et in quem primum encomium factum est, ut in Hippolochum, & Harmodium, ac Aristogitonem in foro statuam consequatos: similiterque etiam in contrariis. Quod si ex ipso copia dicendi tibi non suppetet; cum aliis compara; quemadmodum Isocrates ex iudicialis distinctionis consuetudine faciebat: oportet autem cum illustribus conferre; quia ad amplificandum idoneum, honestumque est, si bonis melior sit. Cadit autem egregie amplificatio in laudes, quia uersatur in excellentia; quae ex honestis rebus est. itaque si non cum illustribus, at cum aliis comparare oportet; quia excellentia existimatur indicare uirtutem. Omnino autem formarum omnibus orationibus cōmūnium, amplificatio demonstratiuis aptissima est; quia confessas actiones accipiunt ita, ut reliquum sit magnitudinem, atque ornamentum adiungere: exempla uero deliberatis; quia ex prateritis futura augurantes, iudicium facimus: enthymemata uero iudicialibus; quia cauissimam, & demonstratio-

nem

nem recipit potissimum factum; propter obscuritatem. Ac ex quibus quidem laudes, & uituperationes ferme omnes ducantur; & in quæ intuendo, laudare, ac uituperare conueniat; & ex quibus encomia constituantur, & probra; haec sunt: si enim hæc tenentur; quæ sunt his contraria, libent; si quidem uituperatio est ex contrariis.

Própias propositiones in accusando, ac defendendo esse, nosse; quarum rerum causa fiat iniuria, & a quo, & cui.

In accusatione autem, ac defensione, ex quicq[ue], ac cuiusmodi, confidere syllogismos oporteat, deinceps sequitur, ut dicamus. Tria ergo nobis assumenda sunt; unum; quantum, & quot rerum causa homines iniuriam faciant; alterum, quomodo ipsi affecti; tertium, quibus, & quem admodum se habentibus. Ergo, definito quid sit iniuriam facere, deinceps exponamus. Sit igitur iniuriam facere, nocere sua sponte contra legem. Lex autem una est priuata, altera communis: dico autem

priuatam

priuatam, secundum quam scriptam in ciuitate uiuuptatem communem uero, quæcumque non scripta inter omnes homines constare existimantur: sponte uero sua faciunt, quæcumq; scientes, & non coacti. Acquacumque: quidem sua sponte; non omnia præligentes; quæ uero præligentes, scientes omnia; nemo enim quod præligit, ignorat: ob quæ uero præligunt nocere, & flagitium committere contra legem; uitium, atq; incontinentia est: si enim quidam nequitia prædicti sint aut una, aut pluribus, in eo, in quo sunt nequitiam; etiam iniuriose se gerunt; ut illiberalis in pecunijs; intemperans in corporis uoluptatibus; mollis in desidia; fortis in periculis, quia periculi socios deserunt propter timorem; ambitiosus, propter honorem; graculus, propter iram; pugnax, propter uictoriam; amarus, propter ultionem; imprudens, quia iniusto, atque iniusto decipitur; impudens, quia existimationem patui facit; similiter uero & aliorum singulii in singulis rebus subiectis. Atque haec quidem perspicua sunt partim ex ijs, quæ de uirtutibus exposuimus, partim ex ijs, quæ de affectibus exponemus.

RERUM

Quarum

Quartum rerum cauſſa fiant omnia, & maxime de iucundis, propter quae fit iniuria.

RELIQVM est autem quut dicimus, cuius rei gratia, & quoniam modo se habentes, iniuriam faciunt, & quibus. Ac primum quidem explicetius, quibus rebus appetendis, quibusque fugiendis, laceſſant iniuria; perspicuum est enim accusatori uidentium esse quiet, & quoniam eorum in adversario his sine quibus appetendis, omnes alteris iniuriam faciunt: defensori uero qua, & quoniam eorum in iniuria. Omnes igitur agunt omnia partim per ſe ipſos; partim per ſe ipſos; & qua quidem non per ſe ipſos, alia propter fortunam agunt; alia ex necessitate; qua uero ex neceſſitate, alia ui, alia natura. quare omnia; qua non per ſe ipſos agunt; alia fortuna, alia natura, alia ui. Qua uero per ſe ipſos, & quorum ipſi cauſe sunt; alia propter conſuetudinem; alia propter appetitionem; itemque alia propter appetitionem iatiocinationis parecipiem; alia propter iatiocinationis expertem; et aliae uoluntas boni appetitio cum iatiōne hēmō enim

64 ARIST. ART. RHE.
enim uult, nisi quod bonum esse putauerit; ita uero, & cupiditas appetitiones sunt ratiocinationis expertes. quare quæcunque agunt, omnia propter septem causulas agant necesse est; fortunam; uim; naturam; con-suetudinem; ratiocinationem; iram; cupiditatem. Ceterum, quæ aguntur, pro æstatibus, aut habitibus, aut alijs quibus-
cumque, diuidere; superuacuum est: evenim si iuuenibus accidit, ut iracundi, aut cupidi sint; non propter iumentum eiusmodi res administrant, sed propter iram, & cupiditatem; neque propter di-
uitias, & paupertatem, sed accidit paupe-
ribus, ut propter indigentiam pecunias cu-
piant; diuitibus autem, ut propter licen-
tiam uoluptates non necessarias concipi-
scant; uerum agent & hi non propter diui-
tias, & paupertatem, sed propter cupidita-
tem; similiter uero etiam iusti, & iniusti,
& ceteri, qui pro habitibus agere dicun-
tur, propter hæc omnia agents nimis
aut propter ratiocinationem, aut propter
affectionem: uerum alij quidem propter mo-
res, & affectus bonos, alij uero propter
contrarios: accidit tamen, ut talibus habi-
tibus talia consequentia sint, talibus uero
talia; nam, ne longe, abeamus, temperan-
tem fortasse propter temperantiam opinio-

nes; & cupiditates bonæ de uoluptatibus consequuntur; intemperantem uero, contratiæ de ijs eisdem: quamobrem eiusmodi mittendæ diuisiones sunt; uerum uidentum est, quæ res quas consequi soleant; nam albus ne, an ater, aut magnus ne, an parvus sit; nihil rerum eiusmodi consequitum est, at uero iuuensis ne, an senex; aut iustus ne, an iniustus sit; iam differt: & omnino omnia, quæ cum eueniunt, hominum mores differentes reddunt, ut diues ne esse, an pauper; & secunda ne fortuna, an aduersa uti existimetur; non nihil intererit. Atque hæc quidem posterius tractabimus: nunc uero primum de reliquis differamus. Fortuna igitur ea fieri dicuntur, quorum cauſa est indefinita, neque alicuius rei gratia fiunt, nec semper, nec plerunque, nec ordinate: hæc autem ex fortunæ definitione perspicua sunt. Natura uero, ea, quorum cauſa & in ipsis est, & ordinata; quia aut semper, aut plerunque eodem modo eueniunt: nam de ijs, quæ contra naturam fiunt, non est subtiliter differendum, utrum nonnulla secundum naturam, an propter aliam cauſam fiant: uerum & fortuna eiusmodi rerum cauſa esse existimari possit. Vi autem, quæcumque contra cupiditatem, aut ratio-

E cina-

cinationem per ipsos agentes sunt. Consuetudine uero, quæcunque faciunt ex eo, quia sape fecerunt. Propter ratiocinationem autem, quæ ex commémoratis bonis prodesse existimantur, aut tanquam finis; aut tanquam ad finem, quoties propter utilitatem agantur: siquidem & intemperantes nonnulla utilia faciunt; uerum non propter utilitatem, sed propter uoluptatem. Propter excandescientiam autem, & iram, ea, quæ referuntur ad ultionem, differt autem ultio à castigatione; siquidem castigatio est illius gratia, qui patitur; ultio uero illius, qui facit; ut exsaturetur: uerum, quid ira sit, in ijs, quæ de affectibus dicimus, aperiemus. Propter cupiditatem autem aguntur, quæcunque iucunda uidentur: quæ uero consueuimus, & quibus assuefacti sumus, inter iucunda sunt; quia multæ eorum etiam, quæ natura hanc quam iucunda sunt; ubi sunt assirefacti, iucunde faciunt. Quare (ut summam dicam) quæ per se ipsos agunt, omnia aut bona, aut iucunda sunt, aut bonorum, ac iucundorum speciem præferunt. Quoniam autem quæ per se ipsos, ea sua sponte agunt; non sua sponte uero, quæ non per se ipsos; sane omnia, quæ sua sponte agunt, aut bona esse, aut speciem bonorum præferre;

seferre; aut iucunda esse, aut speciem iucundorum præferre, necesse est: etenim & malorum; aut speciem malorum habentium; aut liberationem; aut pro maiore minoris adceptionem in bonis repono; quia sunt eligenda quodammodo: & rerum molestiarum aut speciem habentium; aut liberationem; aut minorum pro maioribus adceptionem, in iucundis eodem modo. Ergo utilia & iucunda quot, & qualia sint, arripienda sunt. Ac de utilibus quidem supra in deliberatiuis est disputatum.

Nunc autem de iucundis loquiamur. Ex stimare autem oportet, definitiones tum demum idoneas esse, cum de singulis rebus neque obscuræ sint, neque exquisitæ; Positum ergo sit nobis, uoluptatem motum esse animi quandam, ac momentaneam constitutionem, eamque sensibilem in naturam insitam: molestiam autem; contra. Si ergo uoluptas est aliquid eiusmodi, non est dubium, quin iucundum sit etiam, quod commemoratæ affectionis parienda uim habet; molestum autem, quod corrumpendæ, aut contrariae pariēda. Necesse est igitur iucundum esse tum ad id, quod est secundum naturam, plerunque ire; tum maxime, quoties suam ipsorum naturam adeptæ sint, quæ secundum ipsam

E 2 fiunt.

funt. Et consuetudines; quia consuetum iam, quasi natura, insitum est; etenim consuetudo simile aliquid est naturæ; quia quod sâpe fit, prope accedit ad id, quod semper: natura uero earum rerum est, quæ semper; consuetudo uero earum, quæ sâpe. Et non uiolenta; quia uis est contra naturam: itaq; necessitates molestæ sunt; & recte dictum est; *Molestem enim est, quod agi necesse est.* Et curationes, & studia, & contentiones molestas esse; hæc enim necessaria, ac uiolenta sunt; nisi assuefacti sint, atque ita consuetudo iucundum efficit. Contraria uero iucunda; itaque ocationes, & a labore cessationes, & non curantia, & lusus, & requietes, & somni, rerum sunt iucundarum; quia nihil eorum est ex necessitate. Et quorum cupiditas extiterit, iucunda sunt omnia; quia cupiditas iucundi appetitio est: cupiditatum autem aliæ carent ratione; aliæ sunt cum ratione coniunctæ: uoco autem ratione carentes, quibus non ex eo, quia opinentur aliquid, ducuntur; sunt autem eiusmodi, quæcunque dicuntur esse natura, quales, quæ propter corpus insitæ sunt; ut alimenti, sitis, & fames; & in unoquoque genere alimenti, cupiditas; & quæ in rebus gustabilibus, & in uenereis, & omnino

nino in tractabilibus, & in odoratu suaui-tatis, & auditu, & aspectu: cum ratione uero coniunctas, quibuscunque ex eo, quia sunt persuasi, alliciuntur; etenim multa & spectare, & adipisci cupiunt, quod audierint, ac persuasi sint. Quoniam autem iucunditas in aliquo affectu sentiendo uersatur; phantasia uero sensus est quidam imbecillus; & recordantem, & sperantem phantasia quædam sequitur eius rei, quam recordatur, aut sperat: quod si ita est, non est dubium, quin eriam uoluptates uehementes sint in iis, qui recordantur, & sperant; siquidem & sensus: quare necesse est, iucunda omnia aut in sentiendis rebus præsentibus, aut in recordandis præteritis, aut in sperandis futuris uersari; quia sentiunt præsentia, recordantur præterita, sperant futura. Ac quæ quidem memoria retinentur, iucunda sunt, non ea solum, quæ tum cum aderant, erant iucunda; sed nonnulla etiam iniucunda, si quod post id est, bonum, honestumque sequatur: unde & illud dictum est; *Delectat sedenim saluum meminisse laboris.* Et illud; *Post mala letatur memor est quicunque pericli.* huius autem rei cauſa est, quia iucundum est etiam uacare malo. Ex iis autem, quæ inspe sunt, quæcumque cum adsunt, aut ex-

hilarare, aut prodesse ualde; aut sine molestia prodesse uidentur; atque omnino quæcunque cum adsunt, exhilarant; ea plerunque & sperantes etiam, & recordantes: quo fit, ut irasci iucundum sit; quia nemo irascitur ei, qui uindicari non posse uideatur; quin etiam iis, qui se multum superant uiribus aut non irascuntur, aut imbecillius: quemadmodum cecinit Homerus de ex-candescientia; *Quæ melle liquente magis dulcis.* Et in plurimis cupiditatibus uoluptas quædam sequitur; quia aut recordantes se consequitos, uoluptate quadam afficitur; ut qui in feribus siti uexantur, & recordantes, se bibisse, & sperantes, fore, ut bibant; gaudent. Et qui amant, tū colloquentes, tum scribentes, tum pungentes aliquid de amoribus, delectantur; in his enim omnibus eiusmodi recordantes quodammodo se sentire arbitrantur amores: & hoc uero amoris initium omnibus est, quando non solum præsenti gaudeant; sed etiam absentem recordantes ament: quocirca & cum molestiam attulerit, ex eo, quia non adsit. Et in luctibus, ac lamentationibus uoluptas quædam inhæret; molestia enim est in eo, quia non suppetit; uoluptas autem in recordando, & eo quodammodo aspicio, & quæ egit, & cu-

ius-

iusmodi fuit: unde & illud dictum est;
Sic alt., & cunctas lacrymarum accendit amar-
re. Et ulcisci iucundum est; quod enim
 nisi consequaris, molestum est; id, si con-
 sequaris, iucundum: qui uero irascuntur,
 moleste ferunt præter modū, nisi ulciscan-
 tur; dum sperant autem gaudio afficiun-
 tur. Et uiuere iucundum est non solum
 uictoriae studiosis, sed etiam omnibus;
 quia oritur excellentiæ phantasia; cuius
 rei cupiditate omnes ducuntur, aut remis-
 sius, aut uehementius. Quoniam autem
 uictoria iucunda est, & ludi iucundi sint
 necesse est, & pugnarum, & tibiarum, &
 contentionum; quia in iis sëpe uictoria
 paritur; & ludus talorum, & pilæ, & tesse-
 rarum, & calculorum; & de seriis etiam
 ludis eodem modo; sunt enim alii iucun-
 di, si quis assueuerit, alii continuo iucun-
 di, ut uenatio, & uniuersa ferarum inse-
 statio; quia ubi certamen, ibi & uictoria
 sita est. Quocirca iudiciorum, contentio-
 numque tractatio iucunda sunt iis, qui af-
 sueuerunt, & iis, qui in iis ualent. Et ho-
 nor, & bona existimatio rerum sunt iucun-
 disimiarum; quia phantasia cuique exci-
 tatur, se talem, ac uirtute præditum esse;
 idque etiam magis, cum ii afferunt, quos
 uera dicere existimant: eiusmodi uero sunt

E 4 uicini

72 ARIST. ART. RHE T.
vici potius, quam longinqui, & familiares, & noti, & ciues; quam externi; & qui sunt, quam futuri; & prudentes imprudentibus; & multi paucis, quia hos uera dicere uerisimilius est, quam contrarios; quia quos aliquis ualde contemnit, ut pueros, aut belluas, eorum honorem, aut estimationem non curat, ipsius faltem estimationis gratia: si autem propter aliud quippiam. Et amicus est ex rebus iucundis; etenim tum amare iucundum est, quia nemo est amans uini, qui non gaudeat uino; tum amari iucundum est, quia phantasia & in eo excitatur, sibi adesse bonum, quod uniuersi expetunt, qui sensu prædicti sunt: amari autem est, ipsum propter se carum esse. Et admirationi esse, iucundum; propter honorem, quo afficitur. Et adulari, & adulator, iucunda; quia adulator fictus est admirator, & fictus amicus. Et eadem agere saepe, iucundum; quia consuetum erat iucundum. Et permutatio iucunda; quia permutatio fit in naturam; quod enim semper est idem, constituti habitus exuperantiam affert: unde dictum est; *Permutatio rerum omnium dulcis.* hac enim de causa ea quoque, quæ per interuallum temporis, iucunda sunt, tum homines, tum res; quia mutatio est ex præsenti; simul uero

uero & rarum est, quod temporis inter-
uallo. Et discere, & admirari plerunque
iucundum; quia in admirando cupiditas
est sita discendi; quare quod admirabile,
concupiscibile: in discendo uero redactio
ad id, quod est secundum naturam. Et be-
neficium dare, atque accipere rerum sunt
iucundarum; quia beneficium accipere est
ea consequi, quæ concupiscunt; benefi-
cium uero dare est habere, & excellere;
quorum utrumque expetunt. Quoniam
autem beneficium dare iucundum est; etiā
proximos corrigere, hominibus est iucun-
dum; atque inchoata perficere. Itemque
quoniam iucundum est & discere, & ad-
mirari, & quæ sunt eiusmodi; etiam quod
imitando expressum est, ut pictura, ut sta-
tuaria, ut poetica, omniaque, quæ probe
imitando expressa sunt, iucunda sint neces-
se est, etiam si parum iucunda res illa sit,
cuius fuerint imitatio; neque enim ea de-
lectatur; sed ratiocinatur, hanc illam esse;
ex quo efficitur, ut aliquid discat. Et re-
rum inclinationes, & ægre seruari e peri-
culis; quia hæc omnia admirationem affe-
runt. Et quoniam quod est secundum na-
turam, iucundum est; quæ uero inter se co-
gnata sunt, secundum naturam sunt; om-
nia cognata, & similia plerunque iucun-
da, ut

da, ut homo homini, & equus equo, &
iupenis iuueni: unde etiam prouerbia in-
crebuerunt; *Aequalis aequalem delebat, &*
semper similem: item; *Cognovit fera fe-*
ram: item; *Semper graculus cum gracu-*
lo: & quæcunque alia eiusmodi. Quo-
niam autem similia, & cognata sibi ipsis
iucunda sunt omnia; præcipue autem ipse
erga se quisque hoc modo affectus est; om-
nes sui studiosi sint necesse est, aut magis,
aut minus; quia omnia ejusmodi erga se
sunt maxime. Et quoniam sui studiosi
sunt omnes, etiam res suas cuique esse iu-
cundas necesse est, ut opera, orationes:
quo fit, ut plerunque assentatores ament,
& amatores, & honores, & liberos; quia
ipsorum opera liberi sunt. Et inchoata
perficere, iucundum; quia ipsorum iam
opus euadit. Et quoniam principem esse
iucundum est; etiam sapientem existima-
ri, iucundum est; quia sapere principatus
nim. obtinet: est autem sapientia multa-
rum, admirabiliumque rerum scientia.
Præterea quoniam plerunque honores ada-
mant; etiam proximos increpare, iucun-
dum esse necesse est; & in quo ipse sibi præ-
stare opinatur, in eo assidue uersari: quem
admodum Euripides inquit; *In que eo est*
frequens, partem diei impartiens plurimam, in
quo

quo ipse se præstantior, ac melior est. Pari uero etiam ratione quoniam ludus, omnisque remissio, aut risus rerum est iucundarum; etiam ridicula iucunda sint neceſſe est, & homines, & orationes, & actiones: de ridiculis autem separatim in iis, quæ de poetica, disputatum est. Ac de iucundis quidem hæc dicta sint: molesta uero ex iis, quæ sunt his contraria, liquent. Ac quas quidem ob res iniuriam faciant, hæc sunt.

A quibus fiat iniuria.

QVO modo uero se habentes, & quibus; nunc dicamus. Ac ipsi quidem; quoties existimant, rem agi posse, & à se posse; & si egerint, fore, ut lateant; aut si non latuerint, ut pœnas non dent; aut dent illi quidem, sed multam minorem compendio ipsi subeant, aut ii, quos caros habent: ac quæ quidem fieri possint, aut non possint, postea dicemus; quia hæc omnibus rhetoricæ partibus communia sunt. Illi uero se impune iniuriam facere posse existimant, qui in dicendo, & qui in agendo ualent, & qui sunt in multis iudiciis exercitati, & si multos amicos habeant, & si diuites sint; in primis autem si ipsi uersentur in iis, quæ diximus; existimant posse;

fin

fin minus; si eiusmodi sibi adsint amici, aut ministri, aut socii; quia per hos possunt & agere, & latere, & poenas non dare; & si amici sint iis, qui iniuriam acceperunt, aut iudicibus; quia amici parum cauent, ne iniuriam patientur, & reconciliantur ante, quam litem intendant: iudices autem gratificantur iis, quibus fuerint amici, atque aut omnino absoluunt, aut leui multa afficiunt. Latere vero possunt, qui que contrarii criminacionibus sunt; ut imbecillus, de uerberibus; & pauper, aut turpis, de adulterio: & quæ nimis in aperio sunt, atque in oculis; neque enim cauentur; quia nemo prorsus opinetur: & quæ tanta sunt, ac talia, quæ nemo; quia ne hæc quidem cauentur; etenim omnes ut ab usitatis morbis, sic ab iniuriis cauent: quo uero nondum laborauit, eum nemo cauet. Et quibus nemo est inimicus, aut multi; illi enim putant, se latituros, quia non cauentur; hi uero etiam latent, quia non existimantur eos aggressuri fuisse, qui cauent; & quia defensionem habeant, se nunquam aggressuros fuisse. Et quibus occultatio aut modus, aut locus, aut alienatio prompta est. Et quibus, si non latuerint, aut iudicii depulsio adest, aut in longinquum tempus dilatio, aut iudicium corruptio.

raptio. Et quibus, si multentur, solutio-
nis deplasio adest, aut in longinquum tem-
pus dilatio, aut propter inopiam nihil ha-
beat, quod amittat. Et quibus compen-
dia suppetunt aperta, aut magna, aut pro-
pinqua, damna uero aut parua, aut obscu-
ra, aut remota. Et cui non est proposita
poena æqualis utilitati: quod uidetur inef-
se tyrannidi. Et quibus iniuriæ lucra sunt,
damna uero probra solummodo. Et qui-
bus contra iniuriæ in laudem aliquam; ut
si contigit, ut simul patrem, aut matrem
ulciscerentur, quemadmodum Zenoni;
multæ uero in pecunias, aut exilium, aut
aliquid eiusmodi; quia utrique, & utro-
que modo se habentes iniuriam inferunt;
non tamen iidem, sed qui contrariis mo-
tribus prædicti sint. Et qui sëpe aut latue-
runt, aut pœnas non dederunt. Et qui së-
pe opinione lapsi sunt; sunt enim quidam
etiam in huius generis rebus, ut in re bel-
lica, iterum pugnare parati. Et quibus
protinus adsit uoluptas, molestia uero po-
sterius; aut lucrum quidem, damnum uer-
o posterius: cuiusmodi inteperantes sunt;
intemperantia uero omnibus in rebus, que
concupiscuntur, uersatur. Et quibus con-
tra molestia iam adest, aut damnum; uor-
luptas autem, & utilitas, posterius, ac dia-
tius

A R I S T. A R T. R H E T.

tius sunt ; qualia continentis, prudenter resque sectantur. Et quibus contingit, ut fortuna, aut necessitate, aut natura, aut consuetudine, egiſſe uideantur ; atque dominio per errorem, non per iniuriam fecisse. Et quibus aequitatis obtinenda facultas adſit. Et qui indigentes sunt : diuibus autem modis sunt indigentes ; quia aut tanquam rerum necessariarum, ut pauperes ; aut tanquam exuperantium, ut diuites. Et qui bona admodum existimatio- nis sunt, & qui admodum malae ; illi quidem, ut qui non existimentur ; hi uero, ut qui nihil deteriore existimatione futuri sint. Ac ipsi quidem hoc modo se habentes aggrediuntur.

Quibus fiat iniuria.

IN U R E A M autem faciunt eis, & eas res possidentibus, quarum ipsi sunt indigentes aut ad necessarios usus, aut ad exuperantiam, aut ad uoluptatis fructum. Et iis, qui sunt procul, & iis, qui propè ; horum enim matura est comprehensio ; illo- tum uero sera ultiō ; ut, qui Carthaginenses dispoliant. Et eis, qui non cauent, neque obſeruant, sed creduli sunt ; quia omnes latere facile est. Et ignauiae dedi- tis ;

tis ; quia ius persecui hominis est industriae.
Et uerecundis ; quia de lucro non contendunt. Et iis , qui à multis iniuriam accipi perunt, nec ius persecuti sunt ; ut qui sint, quemadmodum est in proverbio ; *præda Myſorum.* Et iis, quibus nunquam, & iis, quibus ſæpe ; neutri enim cauent, illi quidem , ut nunquam ; hi uero , ut non amplius . Et eis , quibus oblata calumnia eſt, & iis, quibus offerri facile potest ; quia tales nec præligunt , quod iudices reformidant ; nec persuadere poſſunt ; ex quibus ſunt , qui odio , atque inuidia flagrant . Et eis , aduersus quos prætextum habent , aut proauos , aut ipſos , aut amicos ; aut de ſe , aut de proauis , aut de iis , quos caros ha- bent ; aut male meritos eſſe ; aut meritiu- ros fuisse : ut enim eſt in proverbio ; *præ- textu tantum eget improbitas.* Et inimicis , & amicis ; his enim , facile eſt ; illis uero , iucundum . Et iis , qui ab amicis inopes ſunt , & qui in dicendo , & in agendo mi- nimum ualent ; quia aut ius perequi non conantur , aut in gratiam redēunt , aut ni- hil proficiunt . Et quibus non expedit aut iudicio , aut ſolutione expectanda , tempus conumere ; quod genus , peteſtrini , & opi- fices ; quia paruam obiem eismodi ho- mines tranſigunt , & facile mitigantur . Et

iis,

iis, qui multas iniurias fecerunt, aut tales, quales patiuntur; prope enim uidetur esse, ut non faciat iniuriam, quando talem aliquis accepit, qualem & ipse facere consuevit; dico autem, si quis uerberibus eum, qui contumeliosus esse solet, afficiat. Et iis, qui aut male meriti sunt, aut uoluerunt, aut uolunt, aut merituri sunt; habet enim hoc & iucunditatem, & honestatem, & prope uidetur esse, ut non fiat iniuria. Et quibus, gratificabuntur aut amicis; aut eis, quos admirantur; aut quos perdit amant; aut dominis; aut omnino iis, quibus ipsi uiuunt, & a quibus obtinere, quod aequum sit, queunt. Et iis, quibus crimen obtulerint, a quibusque seiunsti sint; quia eiusmodi res prope uidentur esse, ut non fiat iniuria; ut Callippus fecit in Dionem. Et iis, quos laesuri alii sint, si non ipsi; quasi non amplius liceat consilium agitare: quem admodum dicitur Aenesidemus *κοταβία* Geloni misisse, post quam seruitutem induxit; quod præripuisset, quasi & ipse facturus fuisset. Et iis, quos si iniuria afficerint, multas res iustas facere poterunt, tanquam facile sanaturi: quemadmodum Iason Thessalus dixit, nonnulla sibi iniuste agenda esse, ut & iusta multa facere posset. Et eas, quas omnes, aut plerique facere soliti

soliti sunt ; quia putant fore ; ut ueniam impetrent . Et quæ ad occultandum facilia sunt ; qualia sunt , quæ aut celeriter consumuntur ; ut esculenta ; aut facile commutantur ; aut figuris ; aut coloribus , aut temperamentis ; aut quæ multis in locis abdere promptum est , ut quæ facile portantur , & in angustis locis abunduntur . Et quibus indifferentia , aut similia multa ante is , qui facit iniuriam possidebat . Et quæ narrare pudet eos , qui iniuriam acceperunt ; ut propriarum uxorum contumelias ; aut in se ; aut in liberos . Et in quibus litigiosus esse uideatur ille , qui iudicio persequatur ; quales sunt & paruae res , & quibus propofita uenia est . Ac quemadmodum quidem se habentes iniurias faciant , & quales , & qualibus , & quare ; hæc ferme sunt .

De iniuriis , & iuste susceptis actiōnibus , unde iniuriarum nomina distinguuntur .

IN I V R I A S autem , iustasq; actio-
nes omnes , hinc ducto initio , distingua-
mus . Iusta ergo , atque iniusta omnia de-
finita sunt ad duas leges , & ad quos ; duo-
bus modis . Dico autem legem unam pri-

F uatam

uatum; alteram communem: priuatam quidem, quæ singulis constituta est inter ipsos; atque huius unam non scriptam, alteram scriptam: communem uero, quæ est secundum naturam; est enim quod-dam, quod uaticinantur omnes, natura, commune iustum, & iniustum; etiam si nulla societas inter eos, & pactio intercedat: quemadmodum & Sophoclis Antigone dicere uidetur, iustum esse, Polynicem, quanuis interdictum sit, sepelire; ut potest quod, natura, sit iustum; *Hoc namque non hodie, aut heri, at semper fuit, nec quisquam homo scit, eius ortus unde sit.* Et quemadmodum Empedocles inquit de non interficiendis animantibus; hoc enim non quibusdam quidem iustum est, quibusdam uero nequaquam; *Sed lex summa hac est extensa per æthera magnum, Aeraque immensum cunctis mortalibus alma.* & quemadmodum inquit Alcidamas in Messenica. Ad quos uero sunt definita, duobus modis sunt definita; quia quæ agere oportet, & non agere, aut ad rem publ. aut ad eorum unum, qui reip. participes sunt, referuntur; quo fit, ut iniuriás, iustasque actiones duabus modis iniuste, & iuste suscipere liceat; quia aut ad unum certum, aut ad rem publicam: nam qui adulterium committit,

committit, aut uerberibus afficit; alicui certo facit iniuriam; qui uero militiam detrectat, reipublicæ. Cum ergo omnes iniurias distribuerimus, ut aliæ pertineant ad remp. aliæ ad alium, atque alios; repetito, quid sit iniuria affici; reliqua per se, quamur. Est igitur iniuria affici, ab ijs, qui sua sponte agunt, iniusta pati; nam iniuria afficere sponte esse, antea definiimus. Quoniam autem qui iniuria afficitur, noxa afficiatur, & quidem inuitus, necesse est (noxae quidem ex ijs, quæ diximus, manifestæ sunt; quia bona, & mala per se ipsa distincta sunt; itemque quæ spōte, nimirum, quæcunque scientes) ergo omnia crimina aut ad remp. pertineant necesse est; aut ad priuatum: itemque aut ignorante, aut non sponte, aut sponte sua agente, aut sciente; & ex ijs partim præligente, partim uero propter affectum. Ad de ira quidem in ijs, quæ de affectibus dicemus, agetur: qualia uero præligant, & quemadmodū se habentes, dictū est ante, Quoniam autem confitentes sāpe fecisse aut nomen non confitentur; aut id, quod nomine continetur; ut, sustulisse; sed non furatum esse: & priorem pulsasse; sed non contumelia affecisse: & concubuisse; sed non adulterium commisisse: aut furatum esse;

esse ; sed non sacrilegium fecisse ; quia non
dei quidpiam : aut coluisse ; sed non publi-
cum : aut colloquutum cum hostibus esse ;
uerum non prodidisse : propterea & hæc di-
stinguere oportebit ; quid sit furtum ; quid
contumelia ; quid adulterium , ut siue esse,
siue non esse , ostendere uoluerimus ; iu-
stum aperire queamus , Sunt autem eius-
modi omnia de eo , iniustum ne , ac impro-
bum sit , an non iniustum id , de quo con-
trouersia existit ; quia nequitia , & iniuria
in præelectione posita est : eiusmodi uero
omnia præelectionem adsignificant , ut cō-
tumelia , ut furtum ; neque enim si pulsa-
uit , omnino contumelia affecit ; sed si ali-
cuius rei gratia ; ut dehonestandi eius , aut
uoluptatis percipiendæ ; neque omnino , si
clam sustulit , furatus est ; sed si furatus est ,
ut noxam afferret , & sibi ipsi ascisceret .
Similis uero reliquarum rerum , atque ha-
rum ratio est .

Quæ sint & quæ actiones , unde in-
iuria iuste facta defendi possit .

Q VONIA M autem iustorum ; iniu-
storumque genera duo erant ; siquidem
alia scripta , alia non scripta ; de iis quidē
de

de quibus leges loquuntur, diximus; non scriptorum uero duo sunt genera; quorum partim sunt secundum uirtutis, & uitij exuperantiam, quibus probra, & laudes; ignominiae, atque honores, & dona proposita sunt; ut gratiam habere benemerenti; & reddere beneficium ei, qui dedit; & opem ferre amicis; & quæcunque illius generis alia: partim uero priuatæ legis, & scriptæ sunt supplementa; æquum enim iustum esse existimat: æquum autem iustum est extra legem scriptam; hoc autem partim inuitis; partim uolentibus legislatoribus accidit: inuitis quidem, quoties lateat: uolentibus uero, quoties distinguere nequeant, uerum in uniuersum loqui necesse habeant; non sit tamen ita, nisi plerunq; & quæcunque ad distinguendum haud facilia sunt, propter infinitatem, ut uulnerare ferro, & quanto, & quali; quia dinumerantem tempus deficeret: si igitur indefinitum sit, legè autem sanciendum sit, sim pliciter loqui necesse est: quapropter si quis annulum habens, manum tollat, aut percutiat, secundum legem quidem scriptam culpæ affinis est, & facit iniuriam; secundum ueritatem uero non facit: & hoc est Aequum. Si ergo Aequum est id, quod diximus; perspicuum est, qualia æqua, &

F 3 non

non æqua, & quales non æqui homines
sint; etenim ea sunt æqua, propter quæ ue-
niam dare oportet. Et non eadem pœna
digna censere errata, atque iniurias; neq;
errata, atque infortunia: sunt autem infor-
tunia, quæcunque præter rationem, & si-
ne malitia; errata uero, quæcunque non
præter rationem, nec sine malitia; iniuria
uero, quæ non præter rationem, & à ma-
litia; quia quæ propter cupiditatem, à ma-
litia. Aequum est item rebus humanis
ignoscere; nec legem, sed legislatorem spe-
ctare; nec uerba, sed sententiam legisla-
toris attendere; nec actionem, sed præ-
electionem; nec partem, sed totum; nec
que qualis nunc, sed qualis semper, aut
plerunque extitit; & tenere memoria potius
incommoda, quibus affectus est, quam
commoda; itemque commoda potius,
quam accepit, quam quam attulit; & passum
iniuriam, tolerare; & uerbis, quam fa-
ctis iudicari malle; & ad arbitrum, quam
ad iudicem ire malle; quia æquum arbiter
intuetur; iudex uero legem: eaque de re
arbiter est inuentus, ut æquum ualeat.
Atque æqua quidem hunc in modum sint
explicata.

De

De maioribus, & minoribus iniurijis.

IN IURIAE uero maiores sunt, quæ à maiore iniustitia prodeunt: itaque minores etiam maxime; quemadmodum Melanopo Callistratus obiiciebat, quod tribus sacris semiobolis, templi constructores fraudasset; in Iustitia uero contra: sunt autem hæc ex eo, quia ui excellunt; nam qui tres semiobolos est furatus, etiam maleficium quodcumque committeret. Ac aliquando quidem hoc modo maior est, aliquando uero ex damno indicatur. Et cuius non est par pena, sed omnis inferior. Et cuius non est medicina; quia difficilis res est, neque effici potest. Et de qua non potest penas repetere. is, qui est passus; quia non est medicabilis: siquidem pena, & castigatio medicina sunt. Et si qui passus, & si qui iniuria affectus est, ipse se ipsum grauiter multauit; quia qui fecit, adhuc maior i pena dignus est; ut Sophocles Eucltemonem defendens, quoniam semetipsum contumelia affectus oocidit; nō estimaturum; dixit, minoris, quam quose ille, qui passus est, estimauit. Et quam

solus fecit , aut primus , aut cum paucis .
 Et s̄apē in eadem re delinquere ; magnum .
 Et propter quam quæsita , & inuenta sunt ,
 quæ prohibeant , & quæ puniant ; ut Argis
 animaduertunt in eum , propter quem lex
 lata est , & propter quos cārcer ædificatus
 est . Et iniuria magis ferina , maior . Et
 quæ de industria , magis . Et quam qui au-
 diunt , metuunt potius , quam miserantur .
 Atq; illa oratoria huius generis sunt , quòd
 multa iura sustulit , aut transgreslus est ; ut
 iusurandum , dextram , fidem , connu-
 bium ; quia multarum est iniuriarum exu-
 perantia . Et quòd ibi , ubi nocentes ple-
 & cuntur : id quod faciunt falsi testes : ubi
 enim non iniuriosus erit , si & in foro ?
 Et in quibus pudor est maxime . Et si ei ,
 à quo beneficium accepit ; quia plures fa-
 cit iniurias ; tum quòd male meretur ,
 tum quòd non bene . Et id , quod est con-
 tra non scripta iusta ; quia melioris homi-
 nis sit , non ex necessitate iustum esse ; ac
 scripta quidem ex necessitate sint , non scri-
 pta uero minime . Alio uero modo , si cō-
 tra scripta ; nam qui in rebus metuendis ,
 & mulctæ obnoxiiis iniuriosus est ; etiam in-
 ijs , quæ non obnoxiae sint , iniuriosus erit .
 Ac de iniuria quidem maiore , & minore
 dictum est .

Fides

Fides artis expertes quinque es-
se, leges, testes, pacta, qua-
stiones, iuriandum; & quo-
modo eorum singula sint tra-
ctanda.

I A M uero fides, quæ arte carere di-
cuntur continententer iis, quæ dicta sunt, per
curramus; sunt enim iudicialium propriæ,
suntque numero quinque, leges; testes; pa-
cta; quaestiones; iuriandum.

Ac primum quidem dicamus de legi-
bus, quemadmodum eis uti oporteat, tum
adhortando, tum dehortando; tum accu-
sando, tum defendendo; neque enim du-
bium est, quin, si lex scripta facta adver-
setur, cōmuni lege utendum sit, & æquo
ut iustiore. Et quod optima mente est,
non utique scriptis uti; & quod æquum
semper manet, ac nunquam immutatur,
neque lex communis; quippe quæ sit se-
cundum naturam; scriptæ uero sape: un-
de dictum est in Antigone Sophoclis (de-
fendit enim, se fecisse contra Creontis le-
gem, uerum non contra scriptam) *Hoc*
nanque non hodie, aut heri; at semper fuit,
ideo ego non timeo. uiri illius minas. Et
quod

quod iustum verum est, atque utile quidam; sed non quod existimatur; quare non lex scripta, quia officio legis non fungitur. Et quod iudex perinde, ac argentarius est; ut adulterinum iustum discernat a uero. Et quod melioris hominis est, non scriptis uti, & stare, quam scriptis. Et si qua in parte probatae legi contraria sit, aut etiam ipsa sibi, ueluti interdum una iubet rata esse; quacunque pacti sint; altera uero pacisci uerat contra legem; itemque & si ambigua; ut torqueas, & uideas in utram deductionem aut iustum, aut utile quadrabit; deinde eoi utardis. Et si res, propter quas lex lata est, non amplius manent, sed lex; enitendum est, ut id aperias; & hac ratione contra ipsam contendas. Quod si lex scripta cum facto sit, tum dicendum, quod optima mente, non est, ut contra legem iudicet; sed ut, si ignoret, quid lex loquatur, ne periuatio se obstringat. Et quod nemo, quod simpliciter bonum est, eligit; sed quod huic. Et quod nihil interest inter non latum, & non obseruatum. Et quod in alijs artibus cauillari non expedit, contra Medicum; quia non tantum obest erratum Medici, quantum introducta consuetudon obediendi Principi. Et quod legibus; se sa-

se sapientiorem esse studere, id est, quod in laudatis legibus prohibetur. Ac de legibus quidem explicatum hoc modo sit.

De testibus autem: testes sunt duplices; alii antiqui; alii novi: & horum alii periculi participes; alii expertes: dico autem antiquos, tum poetas, tum alios illustres, quorum clara iudicia extant; ut Atheniensis de Salamine Homerum testem adhibuerunt; & Tenedii nuper Periandrum Corinthium aduersus Sigeenses; & Cleophon contra Critiam Solonis elegis usus est; cum diceret, familiam eius olim petulantem fuisse, quia nunquam Solo cecinisset;

Dic flavo Critie, ut studeat parere parenti.

Ac de rebus quidem præteritis eiusmodi testes sunt: de futuris uero, & oraculorum interpretes; ut Themistocles, quod muri lignei nauali prælio rem cõmittendam significabant; præterea tiero prouerbia etiæ (ut dictum est) testimonia sunt: ut si quis suadeat, ne senex amicus paretur, ei prouerbiū attestatur;

Seni ne bene facias:

& ut filij tollantur, quorum & parentes;

Stultus, qui natos occiso patre relinquit.

Noi uero sunt, qui cum illustres essent, de re aliqua iudicarunt; quia eorum iudicia sunt ijs, qui de ijsdem rebus controversantur, accommodata; ut Eubulus in iudiciis

contra

contra Charetem, id, quod Plato aduersus Archebium dixerat, usurpauit; *In-crebuit in civitate confessio improbitatis*. Et periculi participes, si eamentiri existimenter. Atque eiusmodi quidem testes talia duntaxat testantur, factum nec ne, sit nec ne: cuiusmodi uero, non testantur; ut iustū, an iniustum; utile, an inutile, Qui uero longinqui sunt, in his etiam rebus certissimi sunt: antiqui uero certissimi; quia in corrupti: certa uero fides à testimoniiis. Ac testibus quidem carenti: quod ex uerisimilibus iudicandum est, & hoc est, optima mente; & quod uerisimilia pretio corrumpi non possunt; & quod uerisimilia falsi non arguantur: habenti uero aduersus carentem; quod uerisimilia iudicio non subiiciuntur; & quod testimonijo non esset opus, si rationibus perpendere satis esset. Sunt autem testimonia, alia de se ipso, alia de aduersario; itemque alia de facto, alia de moribus; ex quo perspicuum est, nunquam fore, ut utilis testimonij inopia laboretur; quia si non de re, quod aut sibi faueat, aut aduersario refragetur; at de moribus aut sui ipsius ad bonitatem, aut aduersarii ad improbitatem. Reliqua uero de teste aut amico, aut inimico, aut medio; aut probato, aut infami,

mi, aut medio; & quæcunque alia eiusmo di differentiæ; ex ijsdem locis sunt petendæ, ex quibus & enthymemata petimus.

De pactis autem eatenus orationis usus pertinet, ut ea augeat, aut extenuet; aut idonea efficiat, aut non idonea; si ipsi quidem suppetant; idonea, & rata; sin aduersario uero, contra. Ad ea igitur idonea efficienda nihil à tractatione testium differt; quia perinde sint, qui inscripti sunt, aut qui custodiunt; ita pacta idonea sunt: ubi uero pactum suppetere, constat; si proprium est, adaugendum est. Pactum enim lex est priuata, & in parte; & pacta quidem legem ratam non efficiunt, at leges pacta, quæ cum lege conueniunt: atq; omnino lex ipsa pactum est quoddam; quare qui non credit, & pactum tollit; leges tollit. Quin etiam pleraque eorum, quæ contrahuntur, & sponte nostra aguntur, secundum pacta sunt; usque adeo, ut his infirmatis, hominum inter se societas euertatur; itemque alia, quæcunque conueniunt, perspicere promptum est. Quòd si repugnet, & cum aduersarijs faciat; primum quidem, quibus, quis contraria legem oppugnauerit, eadem conueniunt; absurdum enim sit, si legibus, quoties iniuste latæ sint, sed fraudem fecerint, qui talerunt;

lerunt; parere oportere non arbitramur: pactis autem necesse sit: deinde, quod iusti dispensator est iudex, ut non hoc spectare debeat, sed tanquam iustius; & iustum quidem inuertere neque fraude, neque necessitate licet; quia natura constitutum est; pacta uero & à deceptis, & à coactis hominibus fiunt. Ad hæc uero animaduertere conuenit, an aduersetur alicui aut legum scriptarum, aut communium; & iustis; aut honestis; præterea uero an alijs pactis posterioribus, an prioribus: aut enim posteriora sunt rata, priora uero irrita; aut priora rata, posteriora uero falsa sunt: utrocumque modo, proficiet. præterea uero commodum est etiam dispicere, si qua in parte aduersetur iudicibus, & quæcumque sunt huius generis; etenim hæc facilia sunt ad intelligendum eodem modo.

Quæstiones autem testimonia sunt quædam, quæ certam existimantur habere fidem; quia necessitas urget: quare difficile non est de his uidere, & quæ incidere possunt, exponere: ex quibus & si propriæ sint, amplificare licet: quod ipsæ solæ inter testimonia uerae sunt: & si repugnant, atq; cum aduersario faciant; ueritas eueri de toto quæstionum genere disputando

conatur;

potest;

potest; quod qui coguntur, non minus falsa dicunt, quam uera; & tolerando, ne uera enunciatur; & facile mentiendo, ut citius requiescant. Hæc autem oportet ad præterita eiusmodi exempla, quæ nota iudicibus sint, redigere posse.

De iureiurando uero quadripartita affectu distributio potest; nam aut offert, & accipit; aut neutrum: aut illud quidem; hoc uero nequaquam: & ex his aut offert quidem, uerum non accipit; aut accipit quidem, uerum non offert; & præter hæc alio modo; si iusurandum iurat, tum est aut ab ipso; aut ab illo. Ac non offert quidem; quia facile peierant; & quia ubi ille iurauit, nequaquam reddit; hos autem arbitratur, etiam si non iurari, eum damnaturos: & quia hoc periculum inter iudices melius est; his enim credit, illi uero nequaquam. Non accipit autem; quia iusurandum est pro pecunia; & quia si improbus esset, iureiurando se obstrinxisset: præstat enim alicuius rei gratia improbum esse, quam nullius; quia iuratus habebit, iniuratus uero nequaquam: atque ita propter uirtutem, non propter per iurium efficietur, ne iuret; quin etiam Xenophanis illud accommodatum est; quod non est æqualis prouocatio impij aduersus

uersus pium; sed similis, atque si robustus imbecillum uerberaret, & ad uapulandum prouocaret: sin autem accipit; quod credit sibi, non illi; & illud Xenophanis inuertendo, ita dicendum, perinde esse, ac si impius offerat, pius autem iuret; & indignam rem esse, ipsum iurare nolle, de quibus iuratos eos uult iudicare: sin autem offert; quod pium est, dijs rem permittere uelle; neque opus est, ut ipse iudices alios querat, cum ipsi iudicium deferat; & quod absurdum est, nolle iurare, de quibus alios uult iurare. Quoniam autem perspicuum est, quomodo de singulis dicere conueniat; etiam copulando, quomodo dicendum sit, apparebit; ueluti, si ipse accipere uelit, at non offerre; & si offerat quidem, at non accipere; & si accipere uelit, & offerre; & si neutrum; ex ijs enim quæ dicta sunt, copulari necesse est: quare rationes etiam ex ijs, quæ dicta sunt, copulentur, necesse est. Quod si a se ipso, susceptum fuerit, & quidem contrarium; quod non est periurium; quia iniuriam facere sponte est; peierare autem est iniuriam facere; quæ fieri ui, aut fraude, haudquaquam sponte; quo in loco concluendum est, periurium etiam concipi mente, non ore: sin autem ab aduersario fuerit

fuerit iuratum ; quod omnia tollit , qui non stat ijs , quæ iurauit ; ob id enim & leges obseruant iurati ; & uos stare uolumus ijs , quæ iurati iudicetis ; ipsi ueronon stabimus ? & quæcunque aliquis ad augendum attulerit . Ac fides quidem artis expertes tam multis expositæ sint .

A R I S T O T E L I S
ARTIS RHETORICAE,
Carolo Sigonio Interpretæ,
LIBER SECUNDUS.

De moribus , & affectibus .



C quibus quidem ex rebus oporteat adhortari , ac dehortari ; & uituperare , ac laudare ; & accusare , ac defendere ; & cuiusmodi opiniones , & propositiones ad has res persuadendas utiles sint , haec genus : de his enim & ex his enthymemata profertur , ut proprie in unoquoque genere orationum dicamus . Quoniam autem

G rheto

rhetorica iudicationis est gratia (siquidem & consilia iudicant, & iudicia iudicatio sunt) sane necesse est, non solum in orationem, quemadmodum demonstrabit, & fidem faciet, intueri; sed etiam se ipsum cuiusdammodi, & iudicem comparare: multum enim ad persuadendum interest in primis quidem in consiliis; deinde uero etiam in iudiciis; tum cuiusdammodi uideri eum, qui dicit; tum eundem erga se ipsos aliquo modo se habere, putare; ad hæc uero, si & ipsi aliquo modo affecti sint. Ac cuiusdammodi quidem uideri eum, qui dicit, ad consilia accommodatius est; affectum uero aliquo modo eum esse, qui audit, ad iudicia; neq; enim eadem uidetur ijs, qui amant, ac iis, qui odio habet; neq; iratis, atq; placatis; uerū aut omnino diuersa, aut magnitudine diuersa; etenim qui amat, eū, quo de iudicium facit, aut nihil, aut parum deliquisse existimat; qui uero odit, contra; & cupienti quidem, ac bene speranti, si quod futurum est, sit lucundum, etiam fore, ac bonum fore, uidetur; at uero affectus experti, ac dubitanti, contra. Ac quam quidem ob rem fides oratoribus ipsis adhibeatur, tres causæ existunt; tot enim sunt ea, propter quæ fidem habemus, præter demonstrationes; hæc autem prudenter,

dentia, & uirtus, & beneuolentia sunt; si quidem fallunt in ijs, de quibus dicunt, uel consilium dant, aut his rebus omnibus, aut aliqua harum; quia aut propter imprudentiam non recte id opinantur; aut recte opinantes, propter improbitatem ea silent, quæ opinantur; aut prudentes, & probi sunt illi quidem, uerum parum beneuoli: quare fieri potest, ut qui intelligunt, non optima tamen suadeant; & præterea nihil. Ergo necesse est enim, qui hæc habere omnia existimetur, apud eos, qui audiunt, auctoritatem habere. Ac unde quidem prudentia, ac uirtute prædicti uideantur, ex ijs est, quæ de uirtutibus explicata sunt, depromendum; quia ex ijsdem & alterum, & se ipsum talem aliquis comparauerit: de beneuolentia uero, & amicitia in præceptis de affectibus nunc dicemus.

De affectibus.

AFFECTVS autem sunt, propter quos immutati in iudicationibus dissident; quos quidem molestia, uoluptasque consequitur; ut ira, misericordia, metus, & omnes eiusmodi; atque his contrarii. Ceterum quæ ad eorum unumquemque

G - 2 perti-



pertinent, trifariam diuidere conuenit: si
co autem (exempli gratia) te ita, & que-
admodum affecti iracundi sint; & quibus
irasci soliti fint; & quas ob res; quia si unū,
aut duo horum teneamus; non autem o-
mnia, haudquaquam fieri possit; ut iracun-
diam excitemus; similiterque in ceteris.
Quemadmodum igitur in ijs, quæ ante di-
cta sunt, propositiones descripsimus; sic
in his faciamus; & eo modo quo dixi-
mus, diuidamus.

De ira, ac lenitate.

S I T ergo ira appetitio eum dolore eius
in speciem ulciscendi, qui paruifacere ui-
deatur se ipsum, aut suorum aliquem non
conuenienter. Si ego ira hoc est, necesse est,
eum, qui irascitur, irasci semper alii singularium; ut Cleoni; non autem homini;
& quia sibi, aut suis aliquid fecit, aut fa-
cturus fuit: itemque omnem iram uolu-
ptatem quandam consequi, propter spem
ulciscendi; est enim iucundum opiharf se
consequuturum ea, quæ expetit; nemo
uero expetit ea, quæ a se fieri non posse ui-
dentur; qui uero irascitur, quæ ipse effice-
re potest, expetit: quare egregie de ira di-
cūm est; *Melle liquente magis dulcis qua in- pectore*

pettore crescit. Sequitur enim uoluptas quædam tum propter hoc; tum propterea quia in ulciscendo, cogitatione, uersantur: quæ ergo runc excitatur phantasia uoluptatem efficit, ut quæ in somniis. Quoniam autem paruifacio est operatio opinionis circa id, quod nihil estimandum uidetur (etenim bona, & mala, quæque ad hæc pertinent, magni estimanda esse arbitramur; quæ uero nihil sunt admodum parua sunt, pro nihilo habenda esse putamus) idcirco tres paruifactionis formæ sunt, contemptio, incommodatio, & contumelia. Nam & qui contemnit, paruifacit; quia quæ nihil estimanda putant, ea contemnunt; quæ uero nihil estimanda sunt, parui faciunt: & qui incommodat, uidetur contemnere; quia incommodatio est impedimentum voluntatibus oblatum, non ut aliquid sibi, sed ut ne illi; quoniam igitur non ut aliquid sibi; paruifacit; quod ex eo perspicitur, quia neque obfuturum arbitratur; si quidem timeret, & non paruifaceret; neque profuturum aliquid, quod sit estimandum; quia curam adhibuisset, ut amicus esset: & qui contumelia afficit, paruifacit; quia contumelia est, nocere, & molestiam afferre in ijs rebus, in quibus dedecus suscipit ille, qui patitur, non ut

aliquid sibi suppetat aliud, quam quod suppetit; sed ut uoluptate afficiatur; quia qui rependunt, non contumeliam inferunt, sed ulciscuntur: caussa uero uoluptatis eorum, qui contumeliam inferunt, ex eo est, quod se male afficiendo magis excellere arbitrantur: itaque iuuenes, & diuites contumeliosi: quia contumelia inferenda se arbitrantur excellere; contumeliae uero, non aestimatio; quia qui non estimat, paruifacit; quod enim nullius pretii est, nullam aestimationem neque mali, neque boni in se continet; itaque iratus inquit Achilles; *Non estimauit, quoniam erexit donum ipse retinet*: Item; *Tanquam quandam non astimandum profugum*; ut qui propterea irascatur. Putant autem conuenire, se magnificari ab ijs, qui inferiores sunt genere, facultate, uirtute, & omnino eo, in quo ipso longe excellit; ut in pecuniis diues paupere, & in dicendo disertus indiserto, & qui imperare eo, cui imperatur, & qui imperio dignus existimatur eo, qui dignus est, cui imperetur: itaque dictum est; *Ira magna est diuorum regum*. At etiam potest iram seruat, donec efficiat. quia moleste ferunt, propter excellentiam. Item ab ijs, a quibus aliquis putat conuenire, ut sibi benigne fiat; hi uero sunt, quibus ip-

se

se benigne fecit, aut facit, aut suorū aliquis,
aut propter ipsum, aut uult, aut uoluit.

Quibus ex rebus iam liquet, & quoniam
modo se habētes ipsi irascantur, & quibus;
& quas ob res; ipsi enim, quoties doleant;
quia qui dolet, appetit aliquid. Ergo & si
directo obstiterit aliquis, ut sitiēti in bibē-
do; & si non, similiter idem facere uidetur:
& si refragetur quispiam, & si non suffrage-
tur; & si quid aliud hoc modo se haben-
tem interturbaret; irascitur omnibus:
quare dum agrotant, dum paupertate pre-
muntur, dum amant, dum sitiunt, omni-
tio dum cupiunt, & non recte rem suam
agunt; iracundi sunt, & facile concitantur,
maxime quidem aduersus eos, qui præ-
sentem statum paruifaciunt; ut agrotus in
ijs, quæ ad morbum attinent; pauper in
ijs, quæ ad paupertatem; bellator in ijs,
quæ ad bellum; amator in ijs, quæ ad
amorem; similiter uero & in ceteris; præ-
paratur enim quisque ad suam cuiusque
irā ab affectu eo, qui insitus est. Item si
contraria expectauerit; cruciat enim ue-
hementius quod ualde præter opinionem
accidit: quemadmodum etiam delectat;
quod ualde præter opinionem accidit; si
quod uult; accidit. Itaque perspicuum ex
his est, quales horæ, & tempora, & affe-

ctiones, & actates ad iram facile concitentur; & quando, & ubi, & ut, quando magis in his uersantur, facilius etiam concitantur. Ac ipsi quidem hoc modo se habentes facile incendi ira possunt.

Irascuntur autem irridentibus, & subsannatibus, & illudentibus; quia cōtumeliā inferunt. Et ijs, qui detrimētis illis afficiunt, quæ signa contumeliæ sunt: eiusmodi uero esse necesse est, quæ neq; pro re aliqua, neq; ijs utilia sunt, qui faciūt; tū enim propter contumeliā uideatur. Et maledicentibus, & contemnentibus in ijs rebus, in quibus ipsi præcipue studium ponunt; ut qui ob philosophiam efferuntur, si quis in philosophiā; qui ob formam, si quis informam; similiter uero etiam in alijs: multo uero magis, si suspicentur, hæc non adesse sibi, aut omnino, aut non firme, aut non existimari; ubi uero ualde se putant hærere in iis, in quibus illuduntur, curam non suscipiunt. Et amicis magis, quam non amicis; quia putant conuenire magis, ut sibi ab iis benigne fiat, q̄ non. Et iis, à quibus soliti erant honorari, & curari, si nō amplius ita consuescant; quia ab iis se contemni putant, alioquin eadē facturos. Et iis, qui mutuam gratiā non referunt; neq; parem referunt. Et iis, qui contraria;

ac

ac ipsi, faciunt; si inferiores sunt, quia qui tales sunt, omnes contemnere uidentur, & illi quidem ut eos, qui inferiores sunt; hi uero, ut ab inferioribus. Et iis, qui nullius aestimationis sunt; si paruifaciat; uehementius; positum est enim, iram esse paruifactionis aduersus eos, qui non conuenienter se gerunt; conuenit autem inferioribus, ut non paruifaciant. Et amicis, si non bene dicant, aut faciant; & ad huc magis, si contraria; & si non animaduerterant, nos egere; ut Plexippus Antiphontis Meleagro; quia paruifactionis signum est, non animaduertere; quos enim curamus, non latent. Et iis, qui gaudent infortuniis. Et omnino iis, qui bono animo sunt in suis infortuniis; quia aut inimici, aut paruifacientis est signum. Et iis, qui non curant, an molestiam afferant: quo fit, ut mala nanciantibus irascantur. Et iis, qui de se auscultant, aut sua mala spectant; quia aut paruifacientibus, aut inimicis similes sunt; quia amici condolent; omnes autem, qui propria spectant mala, dolent. Item iis, qui paruifaciunt apud quinque, apud eos, quibus cum de honore contendunt; apud eos, quos suspiciunt; a quibus se suspici uolunt; apud eos, quos reuerentur: inter hos, inquam, si quis paruifaciat, súc-
censent

106 ARIST. ART. RHE.
censem gratius. Et iis, qui in eiusmodi
rebus paruifaciunt, quibus sibi non auxi-
lium ferre, deforme est; ut parentibus, li-
beris, uxori bus, subiectis. Et iis, qui gra-
tiam non reddunt; quia qui paruifacit, non
ita, ut conuenit, facit. Et iis, qui iocan-
tur cum serio agentibus; ualet enim ad
contemptionem iocus. Et iis, qui aliis
benigne fecerunt, si non & sibi; quia &
hoc ualet ad contemptionem; non aestima-
re se dignum iis rebus, quibus omnes.
Quin etiam ad iram concitandam ualet
oblinio, ut quæ penè nominum est; quia &
oblinio signum paruifactionis uidetur; ex
noncurantia enim obliuio nascitur; non-
curantia uero paruifactio est. Ac quibus
quidem irascantur; & quemadmodum se
habentes; & quas ob res, simul expositum
est: ex quibus intelligi potest, opus fore,
ut ipse tales eos oratione præparet, cu-
iusmodi cū sunt, iracunde affecti sunt; at-
que aduersarios eis rebus affines esse, pro-
pter quas irascuntur; & tales esse, quali-
bus irascuntur.

Quoniam autem irasci contrarium est
ipſi leniri, & ira lenitati; intelligendum
est, quomodo se habentes, lentes sint; &
erga quos se leniter gerant; & per quæ re-
uocantur ad lenitatem. Sit ergo lenitas
consti-

constitutio, & sedatio iræ. Si ergo irascuntur iis, qui paruifaciunt; qui uero paruifacit, sponte sua agit; profecto lenes sunt & iis, qui nihil horum faciunt, aut non sponte sua faciunt, aut tales esse uidentur. Et iis qui contra uolunt, ac fecerunt. Et iis, qui & ipsi in se tales sunt; nemo enim ipse semet paruifacere existimatur. Et iis, qui confitentur, & pœnitent; quasi enim poenam habeant dolorem, ob res commissas; conquiescunt ab ira: cuius rei castigatio famulorum indicio est; nam qui inficiantur, & contradicunt, castigamus uehementius; at uero aduersus eos, qui se iuste castigari fatentur, desinimus excusare: signum autem est, quia impudenteria est, manifesta negare; impudentia uero paruifactio, atq; contemptio est: atqui quos ualde contemnimus, eorum pudore non afficimur. Et iis, qui se summittunt ipsis, nec contradicunt; quia uidentur se inferiores esse fateri; inferiores autem timent; qui uero timet, nemo paruifacit: iram autem aduersus eos, qui se summittunt, cessare, canes quoque indicant, qui prostratos non mordent. Et iis, qui serio agunt cum serio agentibus; quia curari, & non contemni uidentur. Et iis, qui maiorem gratiam tribuerunt. Et iis, qui rogant,

108 ARIS T. VART. RHETI
rogant; ac deprecantur; sunt enim summa
missiores. Et iis, qui contumeliam affi-
ciunt, & subsannant, ac paruifaciat aut
neminem, aut non bonos, aut non tales,
quales ipsi sunt; omnino autem ex contra-
riis forutari quæ ualeant ad mitigandum
oportet. Et iis, quorum timore, & puden-
cie afficiuntur; quia quoad ita se habent;
non irascuntur; neque enim fieri pos-
t est, ut simul timeamus, & irascamur.
Et iis, qui per iram fecerunt, aut non ira-
scuntur, aut imbecillus irascuntur; neque
enim ob id uidetur fecisse, quod paruifa-
ciant; quia nemo iratus paruifacit; quia
paruifactio est expers doloris, ira uero est
cum dolore. Et iis, quos pudet ipsum.
Quin etiam qui contrario modo constitu-
ti sunt, atque irati; iij sine dubio sunt lenes,
ut in ludo, in risu, in festo, & felici die, in
re sua bene gesta, in saturitate, omnino in-
indolentia, & uoluptate contumeliam non
inferente, & bona spe. Item qui in uetera
tam iram, & non recentem habent; quia
iram mitigat tempus. Quin etiam grauior
rem alterius iram mitigat pena, quæ ante
de alio sumpta est: itaque recte Philocra-
tes, dicente quodam, cum populus esset
iratus, cur non te defendis? non dum,
inquit: at quando? cum alium in crimen

uocatum uidero : siquidem mites fiunt , cum iram in alium consumperunt ; ut accidit in Ergophilo ; uehementius enim succensentes , quam Callistheni ; dimiserunt ; quia Callisthenem pridie morte damnauerant . Et si conuicti . Et si maius malum passi sint , quam qui irascuntur , attulissent ; quia quasi se sumpsiſſe poenas existimant . Et si ipsi arbitrentur , se iniuste agere , & iuste pati ; neque enim ira aduersus id , quod conuenit , excitatur ; quia non amplius se , contra quam conueniebat , pati arbitrantur ; id quod ita etat ; ita que oratione prius castigare oportet . item & servi minus ægre ferunt , cum castigantur . Et si putant , fore ut non sentiant , quod per ipsos , & pro iis , quæ passi sunt ; ira enim est singularium , ut ex definitione liquet ; itaque recte scriptum est ; *Vlyssem urbis euersorem diato* : perinde , ac si non ultius esset , nisi sensisset , & à quo , & pro quo : quare neque aliis , quicunque non sentiunt , irascuntur ; neque amplius mortuis , quippe qui extrema perpessi sint , neque dolituri sint , neque sensuri , quod qui irascuntur , appetunt : itaque bene de Hectore poeta , cum ueller Achillem ab ira aduersus mortuum reuocares . Atqui multum terram furens uerberat . Ex his igitur

. ZODIUS

perspi-

TRIO ARIST. ART. RHET.
perspicuum est, eos qui placare uolunt, ex
his locis dicere oportere, tales quidem
ipsos comparando; eos nero, quibus ira-
scuntur, aut pertimescendos, aut reueren-
tia dignos, aut benemeritos, aut iuitios,
aut rebus commissis ualde dolentes.

De amore, & odio.

Q V O S autem ament, & odio ha-
beant, & quam ob rem; amicitia, atque
amore definitis; dicamus. Sit ergo ama-
re, uelle alicui ea, quæ bona arbitratur,
illius caufsa, non autem sui, eaque pro-
uiribus efficere; amicus autem est, qui
amat, & redamatur; existimantur autem
amici esse, qui hunc in modum inter se
affecti existimantur. Quibus positis; ne-
cessere est, amicum eum esse, qui simul
lætatur commodis, & condolet incom-
modis, non ob rem aliquam aliam, sed
propter illum; gaudent enim omnes, ubi
eueniunt ea, quæ uolunt; dolent autem
contrarijs: quare uoluntatis signam sunt
dolores, & uoluptates. Et, quibus demū
eadem bona, & mala sunt. Et, qui sunt iis-
dem amici; & qui sunt iisdem inimici; ea-
dem enim ut hi uelint; necesse est, quare
qui quæ sibi, alijs uult, haic uidetur esse
amicus.

amicus. Et eos quoque amant, qui beneficium dederunt aut sibi, aut iis, quos caros habent; idque aut magnum, aut propter animo, aut in eiusmodi temporibus, aut ipsorum caussa; aut eos, quos dare uelle beneficium arbitrentur. Et amicos amicorum. Et, qui amant eos, quos ipsi amant. Et, qui amantur ab eis, qui à se amantur. Et qui sunt eorum inimici. Et, qui oderunt illos, quos ipsi oderunt. Et, qui odio habentur ab eis, qui à se odio habentur; his enim omnibus eadem bona uidentur esse; ac sibi, ut eadem illis bona uelint; id quod erat amici. Item beneficos in pecunias, & in salutem; itaque liberales, & fortis honorant, atque adeo etiam iustos; tales autem putant, qui non ab alijs uiuant; cuiusmodi sunt qui ex labore; & ex iis iij, qui ex agricultura; & ex aliis, opifices in primis. Et temperatos; quia non iniusti. Et ab agendo remotos; propter eandem rationem. Et, quibus uolumus amici esse, si uideantur uelle: sunt autem tales, & qui uirtute præstant, & qui bona existimatione prædicti sunt aut apud omnes, aut apud optimos, aut apud eos, quos ipsi admirantur, aut apud eos, qui se admirantur. Item, qui in uita communis, & quotidiana consuetudine sunt iucundi: quales sunt faciles

faciles; neque ad redarguenda peccata proclives; neque concertationum; neque litigium amantes; quia eiusmodi omnes pugnaces sunt; qui vero pugnant; contraria tuelle uidentur. Et qui dextri sunt tum in cludendo; tum in perferendo; eidem enim rei ambo student; cui proximus; quia & dicto lacessi possunt; & eleganter lacessi sunt. Et; qui laudant bona; quae adsint; & ex his ea maxime; quae sibi ut adsint; ueneruntur. Et in undos in aspectu; in uestitu; in tota uita. Et; qui exprobrant neque peccata; neque beneficia; ambo enim ad redarguendum propensi sunt. Et; qui non recordantur iniurias; neque crimina obseruant; sed facile reconciliantur; quia quales erga alios esse existimant; etiam erga se arbitrantur. Et; qui maledici non sunt; nec mala propinquorum; neq; ipsorum; sed bona norunt; quia boni uiri hoc faciunt. Et; qui non aduersantur irascientibus; aut serio agentibus; tales enim pugnaces. Et; qui erga ipsos aliquo modo studiose gerunt; ut; qui ipsos admittantur; atque ipsos uirtute præditos arbitrantur; & ipsis delectantur. Et; qui ita maxime affecti sunt in iis rebus; in quibus ipsi uolunt aut suspici; aut egregios; aut iucundos existimari. Et pares. Et eadē profitentes

profitentes; modo ne impedimentum affe-
rant, neque indidem uitum quarerant; sic
enim accidit illud; *Figulus figulo*. Et
qui illa appetunt, quorum fieri potest, ut
ipsi simul participes sint; sive minus, idem
accidit etiam ita. Et erga quos ita affecti
sunt, ut apud eos facere non padeat ea,
qua ad opinionem; non contemnentes.
Et, apud quos pudet facere ea, qua ad ue-
ritatem. Et, quibus cum de honore con-
tendunt, aut a quibus uolunt se æmulari;
& non innideri; hos aut amant, aut ami-
ci eis esse uolunt. Et quibus bona procu-
rarint; nisi ipsis maiora mala euentura sint.
Et, qui absentes & que, ac præsentes amat:
itaque qui erga mortuos sunt tales, dili-
guntur ab omnibus. Et omnino qui ami-
cos uincit diligunt, & non derelinquent;
ni primis enim ex bonis amant eos, qui bo-
ni amici sunt. Et qui nihil secum fingunt;
quales & qui uitia sua produnt; dictum
est enim, nos apud amicos, qua ad opinio-
nem, non pudere: si ergo is, quem pudet,
non amat; quem non pudet, amanti simi-
lis est. Et, qui non sint metuendi. Et
quibus confidimus; nemo enim quem mo-
ruit, diligit. Nam uero species amicitia
sunt sodalitas, propinquitas, cognatio, &
qua cunque ei usmodi: ad amicitiam au-

H tem

114 ARIST. ART. RHET.

tem conciliandam ualent gratia ; & si haud
quaquam rogatus fecerit ; & postquam fe-
cit , non indicarit ; sic enim sui caussa uide-
tur , & non alterius . De inimicitia uero ,
& odio , perspicuum est , ex contrariis esse
scrutandum : ad inimicitiam uero conci-
tandam ualent ira , incommodatio , calum-
nia ; ac ira quidem est ex iis , quæ ad se ,
inimicitia uero etiam sine iis , quæ ad se ;
nam si talem esse suspicamur , odio habe-
mus ; & ira quidem semper aduersus singu-
laria est , ut Calliæ , aut Socrati ; odium au-
tem etiam aduersus genera ; siquidem in
furem , ac sycophantam odium quisq; ha-
bet ; & illud quidem tempore sanabile ,
hoc uero insanabile ; & illa afficere mole-
stia cupit , hæc incommodo potius ; nam
qui irascitur , mult sentiri ; huius autem
nihil interest ; quæ uero molestiam afferunt ,
sentiuntur omnia ; quæ autem maxime ma-
la sunt , minime sentiuntur , iniustitia , &
imprudentia ; quia præsentia uitii nihil af-
fert molestiæ ; & illud adiunctam mole-
stiam habet ; ab hoc molestia abest ; nam
qui irascitur , molestia afficitur ; qui uero
odit , haudquaquam ; & ille quidem , si
multa eueniant , miserescit ; hic uero nul-
lius ; ille enim talionem pati uult eum , cui
irascitur ; hic uero , non esse . Ex his igitur
perspi-

perspicuum est, licere inimicos, & amicos; & qui sunt, demonstrare; & qui non sunt, efficere; & qui esse dicuntur, dislociare; & eos qui aut propter iram, aut propter inimicitias controvetsantur, ad nostram constituerimus partem traducere.

De metu, & fidentia.

CVIVSMODI tiero res metuant, & quos, & quo modo affecti; hoc modo planum erit. Sit ergo metus molestia quædam, aut perturbatio ex phantasia futuri mali, aut interimendi uim habentis, aut molesti; neque enim mala omnia metuantur, ut, si erit iniustus, aut tardus; sed quæcunque aut molestias magnas afferre, aut interitus possunt; præsertim uero si nō longe, sed prope esse nideantur, ut impendeant; quæ enim longe admodum absunt, ea non metuant; nemo est enim, qui ne sciat, se moriturum; sed quia non prodiem, curam non suscipit. Si ergo metus hoc est, ea metuenda sint, necesse est, quæ uim magnam habere uidentur interimendi, aut detrimentis illis afficiendi, quæ molestiam magnam exhibeant: itaque & rerum eiusmodi signa sunt metuenda; prope enim uidetur esse, quod metuendum

H a est;

116. ARIST. ART. RHET.
est ; si quidem periculum rei metuenda ap-
propinquatio est ; eiusmodi uero ira , & ini-
micitiae sunt eorum , qui efficere aliquid
possunt ; neque enim dubium est , quin &
uelint , & possint : quare parum abest , quin
faciant . Et iniustitia , quæ viribus prædi-
ta est ; iniustus enim iniustus est eo , quia
præeligit . Et virtus contumeliam passa ,
quæ viribus prædita est ; perspicuum est
enim , quotiescumque contumeliam patia-
tur , semper præeligere ; nunc uero potest .
Et metus est eorum , qui possunt aliquid
facere ; in apparatu enim etiam occupari
necessæ est illum , qui talis est . Quoniam
autem plerique improbi , & lucro obnoxii ,
& in periculis timidi sunt ; sit , ut plerun-
que metuendum sit , ipsum in alio esse ; qua-
re qui conscij sunt ei , qui atrox aliquid pa-
travit , metuendi sunt , ne aut enuncient ,
aut deferant . Et , qui possunt iniuriam fa-
cere , semper ijs , qui possunt pati ; plerun-
que enim homines iniuriati faciunt , cum
possunt . Et , qui iniuriam passi sunt , aut
qui se passos esse arbitrantur ; quia semper
obseruant occasionem . Et qui iniuriam
fecerunt , siuiles habeant , metue di sunt ;
quod timeant , ne talionem patiantur ; po-
situm est enim tale esse , quod metuendum .
Et rerum carundem competitores , qua-
rum

rum non licet simul ambo potiri; semper enim bellum gerunt cum talibus. Et qui sunt præstantioribus; quam ipsi sint, metuendi, & ipsi metuendi; quia facilius ipsis nocere potuerint, quam præstantioribus. Et iij, quos præstantiores, quam ipsi sint, metunnt; propter eandem causam. Et, qui præstantiores se sustulerunt. Et, qui infirmiores se inuaserunt; aut enim iam metuendi sunt, aut ubi creuerint. Et ex iis, qui iniuriā passi sunt, aut ex inimicis; aut ex aduersariis, non qui facile excandescunt, & libere loquuntur, sed faciles; & dissimulatores, & malitiosi; obscuri enim sunt, an propè; quare nunquam aperi, quia longe. Omnia ictero quæ metuenda sunt, terribilia sunt, quæcunque si errarint, corrigi non contingit; sed auctō omnino non possunt, aut non in se, sed in aduersariis sunt. Et quorum auxilia nulla sunt, aut non facilia. Ut autem simpliciter dicam; metuenda sunt, aut ea, quæ cum aliis euenerunt; aut euentura sunt; miserabilia sunt. Ac quæ quidem metuenda sunt, & quæ metuant, fermē (ut ita dicam) quæ maxima; hæc sunt.

Quomodo uero affecti ipsi metuant, nūc dicamus. Si ergo metus est cum expectatione patiendi alicuius niali, quod interi-

mendiciūm habeat; perspicuum est, nemī
nem metuere ex iis, qui se nihil arbitran-
tur passuros; neque ea, quæ se non arbit-
rantur passuros, neque eos, à quibus non
arbitrantur, neque tunc, cum non arbi-
rantur. Ergo illi metuant necesse est, qui
se aliquid passuros arbitrantur, & qui ab
his, & hæc, & tunc. Passuros autem se
non arbitrantur, nec qui in magnis fortu-
næ prosperitatibus sunt, & esse existiman-
tur; unde illi contumeliosi, paruifactores,
audacesque sunt; tales autem diuitiæ, ui-
res, amicoru copia, ac potentia reddunt;
nec qui se iam atrocias passos arbitrantur,
& ad futuros euentus obriguerunt; ut qui
iam tympano cruciantur; uerum aliquam
salutis spem subesse oportet, qua de rean-
gantur; signo est, quod metus consultare
cogit; atqui nemo de rebus desperatis con-
siliūm capit.. Quare tales præparate ope-
rat, cum eos timere, commodius fuerit;
nēpe, eiusmodi esse, ut possint pati, quip-
pe cum maiores alij passi sint; atque simi-
les pati, aut passos esse ostendere; & ab iis,
à quibus non arbitrabantur, & hæc, &
tunc, cum non arbitrabantur.

Quoniam autem perspicuum est, quid
sit metus; & metuenda; & quemadmo-
dum affecti singuli timeant; ex his etiam
perspi-

perspicuum est , & quid sit fidere ; & cuiusmodi in rebus ; & quemadmodum affecti confidant (fidentia enim metui contraria est) & quæ fidentiam afferunt iis , quæ metum . Quare spes est cum phantasia rerum salutarium , ut quæ prope sint ; metuendum uero aut quæ nullæ sint , aut longe absint . Fidentiam autem afferunt & calamitates , quæ longe absunt , & fidentiam afferentia , quæ prope ; & si adsint emendationes , & subsidia aut multa , aut magna , aut utrumque . Et si iniuriam neque acceperint , neque intulerint . Et si competitores aut omnino nulli sint , aut uires non habeant ; aut si habeant uires ; amici sint , aut beneficium dederint , aut acceperint ; aut si plures sint , quibus eadem conducent , aut præstantiores , aut utriusque .

Ipsi uero hoc modo affecti , fidētes sunt ; si s̄pē rem bene gesisse , neq; offendisse arbitrentur ; aut si s̄pē in calamitates incidērint , atq; euaserint ; duobus enim modis homines expertes affectus fiunt , aut quia experti non sunt ; aut quia subsidia habent ; ut in periculis maris , & qui imperiti sunt tempestatis , futura confidunt ; & quibus subsidia præsto sunt ; propter peritiam . Et quoties ea res metum incutiat . neq; paribus , neque inferioribus , & qui

bus se arbitrantur praestare; arbitrantur atque ijs, quos uicerunt, aut ipsos, aut ipsis præstantiores, aut pares. Et si plura, & maiora sibi suppeteret arbitrentur, quibus qui excellunt, extimescendi sunt; hæc uero sunt pecuniarum multitudo, & robur corporum, & amicorum, & regionis, & bellicorum instrumentorum aut omnium, aut maximorum. Et si iniuriam fecerint aut nemini, aut non multis, aut non ijs, a quibus timeant. Et omnino si res diuinæ ipsis egregie se habeant, cum aliae, tum quæ à signis, atq; oraculis; fidentem enim reddit ira: at non iniuriam inferre, sed accipere ad iram incitandā ualet; Deus autem ijs, qui iniuriam patiuntur, præsto adesse existimatur. Et quoties priores impetum facientes, se aut nihil pati, neque passuros; aut rem bene gesturos arbitrentur. Ac de ijs quidem, quæ metum, ac fidentiam afferunt, dictum est.

De pudore, & impudentia.

C V I V S M O D I uero rerum pudeat, & non pudeat; & apud quos; & quo modo affectos; ex his liquebit. Sit ergo pudor molestia quædam, & confusio in iis malis, quæ ad existimationis offensionem pertinere

LIBER SECUNDVS. 151
tinere uideantur; aut præsentibus, aut
præteritis, aut futuri: impudenter uero
paruifactio quædam, & affectus iracundia
in his ipsis. Si igitur pudor est, quem de-
finiuimus; ob eiusmodi mala pudere ne
cesserit, quæ uidentur turpia esse ipsi, aut
iis, quos caros habet: quales omnes actio-
nes sunt, quæ à uirilisitate proficiscuntur;
ut abiicere clypeum; aut fugam arripere;
quia à timiditate. Et fraudare deposito;
quia ab iniustitia. Et concubere, qui-
bus cum non conuenit, aut ubi non conue-
nit, aut quando non conuenit; quia ab in-
temperantia. Et quæstum facere è rebus
paruis, aut è turpibus, aut ex impotenti-
bus; ut pauperibus, aut mortuis: unde &
prouerbiū; *Etiam à cadavere ferre;* quia
à sordibus, & illiberalitate. Et non sub-
uenire, cum possis, in pecuniam; aut par-
cius subuenire. Et auxilium accipere ab
iis, qui minus abundant. Et mutuum pe-
tere, cum suspicio erit, ne petat. Et pete-
re, cum, ne repetat. Et repetere, cum,
ne petat. Et laudare, ut petitionis opinio-
nem afferat. Et repulsam passum, petere
nihilo secius; quia hæc omnia signa sunt
illiberalitatis; laudare autem præsentem,
adulationis. Et bona quidem laudibus ef-
ferre, mala uero deterere. Et dolentis ui-
cem

cem uehementer dolere ; & reliqua eiusmodi omnia ; quia adulationis sunt signa. Et labores non tolerare , quos seniores, aut delicati , aut in maiori potestate constituti , aut omnino imbecilliores tolerat ; quia omnia mollitiae sunt signa . Et ab alio beneficium accipere , & sape . Et collata beneficia exprobrare ; quia pusilli , & humilis animi signa sunt . Et de semet ipso prædicare , ac polliceri . Et aliena sibi vindicare ; quia iactantiæ . Similiter uero & in unoquoq; aliorum moris uitiorum , actiones , & signa , & similia ; quia turpia sunt , & pudenda . Et ad hæc rerum honestarum , quarum omnes participes sunt , aut omnes similes , aut plurimi ; partem non habere : similes autem dico ; qui sunt eiusdem nationis , ciuitatis , ætatis , cognationis , omnino pares ; quia turpe iam pridem est , non participem esse ; ut eruditioñis , quadamtenus , aliarumque rerum eodem modo : hæc autem omnia turpiora , si sua culpa accidisse uideantur ; sic enim iam est , à uitio magis , si ipse cauſa sit rerum , quæ affuerunt , aut adsint , aut affuturæ sint . Pudore uero afficiuntur , qui patiuntur , aut passi , aut passuri sunt eiusmodi res , quæ ad existimationis offensionem , & probra pertineant ; qualia sunt , quæ ad ministeria

steria corporis, aut operum turpium per-

tinent; ex quibus contumeliam perpeccio-

est: quorum quæ ad intemperantiam refe-

runtur, & sua sponte, & non sua sponte su-

scepta; turpia sunt: quæ uero ad uim, non

sua sponte; ab ignauia enim, & timiditate

tolerantia, & ultionis prætermissio nasci-

tur. Ac quarum quidem rerum homines

pudeat, hæ, & eiusmodi sunt.

Quoniam autem pudor est phantasia de-

existimationis offensione concepta; & eius

ipsius gratia, non autem rerum, quæ inde

proueniunt; nemo uero existimationem

curat, nisi propter eos, qui existimant;

rum pudeat, necesse est, quoru rationem

habet: habet autem rationem eorum, qui

suspiciunt; & quos suspicit; & à quibus su-

spici uult; & quibus cum de honore con-

tendit; & quorum existimationem non

contemnit: ac suspici quidem uolunt abi-

iis, eosque suspiciunt, qui possident bo-

num aliquod pretiosum; aut à quibus re-

quirunt aliquid uehementius ex iis, quo-

rum illi sunt domini; ut amatores: de ho-

nore autem contendunt cum similibus: cu-

rant autem prudentes; ut eos, qui uera

loquuntur; quales sunt & senes, & eruditii.

Et eorum, quæ in oculis, & quæ in aper-

to sunt; unde & prouerbium; *In oculis*

hærere

bærere pudorem : propterea eorum, qui semper affuturi sunt, magis pudet ; & eorum, qui ipsos attendunt ; quia utrumque ante oculos est. Et eorum, qui non iisdem obnoxij sunt ; neque enim dubium est, quin hi contraria existimant. Et qui non ignorunt iis, quæ peccata uidentur ; quæ enim aliquis ipse facit, ea in proximis haudquam dicitur stomachari ; quare quæ non facit, profecto stomachatur. Et, qui in uulgis facile enunciant ; nihil enim differt, non existimari, ac non enunciari : facile uero enunciant, qui iniuriam acceperunt, quia obseruant, & maledici, quia sibi & de eis, qui non peccant ; multo magis de eis, qui peccant. Et, qui in proximorum peccatis occupantur ; ut subsannatorum, & comicorum ; quippe qui maledici quodam modo sint, & ad enunciandum parati. Et, à quibus nunquam repulsam tulerunt ; perinde enim illi affecti sunt, atque iij, qui suspiciuntur : itaque eorum, qui primum aliquid petierunt, pudore afficiuntur ; ut qui nondum apud eos existimatione amiserint : tales autem sunt, qui & iandiu amici esse uolunt ; quia, quæ optima sunt, conspexerunt : unde bella Euripidis ad Syracusanos responso est Et ex ueteribus familiaribus, quii nullius rei constituntur.

sunt. Pudet autem non solum rerū quas diximus, pudendarum; uerum etiam si- gnorum; ut non solum cum Veneri dant operam, sed signorum etiam eius; neque solum, cum turpi faciunt, sed etiam cum loquuntur. Eadem uero etiam ratio ne, non eorum solum pudore afficiuntur, quorum diximus; uerum & eorum, qui indicatiūri sunt ipsos; ut famulorum, & qui ipsis amici sunt. Eorum autem omni no non pudet, quorum, quod ad uerita tem pertinet, existimationem cōtempnunt; neminem enim pudet puerorum, ac bel luarum; neque easdem res facere; pudet notorum, atque ignotorum; sed notorum quidem, eas, quae ad ueritatem existi mantur, longinquotum uero, quae ad opinionem.

Ipsi autem hoc modo affecti pudore af ficiuntur; primum quidem, si quidam per inde se habuerint erga ipsos, ac eos dixi mus, quorum pudore afficiuntur: erant autem hi, aut qui suspiciuntur, aut quos suspiciunt, aut à quibus suspici uolunt, aut à quibus rem aliquam necessariam re quirunt, quam, si existimationis nullius fuerint, minime impetrabunt; atque hi aut si uideant (quemadmodum Cydias de Sami colonia dixit in concione; petebat enim

enim ab Atheniensibus, ut putarent, circumstare Græcos, tanquam intuentes, ne dum audituros, quæ decreuissent) aut si tales illi in propinquō sint, aut sensuri sint: itaque cum aduersa fortuna utuatur, se à ceteribus æmulis cōspici nolunt; qui enim æmulantur, suspiciunt. Et quoties habent, quæ dedecus afferant actionibus, & negotiis aut suis; aut proauotum, aut aliorum quorundam, quibus cum aliqua ipsis propinquitas intercedit; atq; eorum omnino, quorum ipsi pudore afficiuntur; cuiusmodi sunt ij, quos commemorauimus, aut qui ad ipsos referuntur, quorum præceptores; aut consiliarij extiterunt. Et si sint alij similes, quibus cum de honore contendat; multa enim pudore capi, propter tales homines & faciunt, & omittunt. Et si futurum est, ut aspiciantur, & cum conscientiis in aperto versentur; magis etiam etubescunt: unde & Antiphon poëta, cum tympano torquendus a Dionysio esset; ac qui una morituri erant, se obnubere ex lauanda egressos animaduerteret, dixit; quid uos obnubitis? an ne cras uos horum aliquis uideat? Ac de pudore quidē hæc; de impudentia uero perspicuum est fore, ut magna nobis ex contrarijs copia suppetat.

De

De gratia.

QVIBVS autem gratiam habeant; & quas ob res; & quemadmodum se habentes; ubi gratiam definuerimus; apparet. Sit ergo gratia, per quam qui possidet dicitur gratiam tribuere indigenti; non pro realqua, neque ut aliquid ipsi tribuenti suppetat; sed ut aliquid illi: magna autem erit, quam aut ualde indigentibus; aut magnarum rerum, aut difficultium, aut in temporibus eiusmodi; aut solus, aut primus; aut in primis: indigentiae uero sunt appetitiones, & ex his maxime, quae cum dolore coniunctae sunt rei non suppetentis; tales autem sunt cupiditates; ut amor, & in cruciatibus corporis, & in periculis; siquidem qui in periculo, molestiaque uersetur, appetit; nam iis qui in paupertate uersantur, & exiliis, etiam si parua subministrarint, propter indigentiae magnitudinem, & tempus; magnum dedisse beneficium uidentur; ut qui in Lyceo fiscellam dedit. In talia igitur officium tribnere necesse est; sin minus; in paria, aut maiora. Quare quoniam liquet, & quando, & ob quae, & quomodo se habentibus gratia tribuatur; perspicuum est, ap-

paratum

¶ 28 ARIST. ART. RHET,
paratum ex his esse conficiendum, ostendendo; illos aut fuisse, aut esse in tali molestia, atque indigentia constitutos; hos uero in tali necessitate eiusmodi aliquid officij tribuisse, subministrantes. Quin etiam perspicuum est, unde gratiae detrahere, & expertes gratiae reddere liceat; aut enim, quod sui caussa subministrant, aut subministrarunt (hoc autem non erat gratia) aut quod fortuito fecerunt; aut quod coacti; aut quod reddiderunt, non dederunt; siue scientes, siue secus; nam utroque modo aliquid pro aliquo: quare ne ita quidem erit gratia. Atq; in omnes categorias est intuendum; gratia enim est, aut quia hoc, aut quia tantum, aut quia tale, aut quando, aut ubi; signum autem est, si rem minorem non subminstrarunt; & si inimicis aut easdem, aut parres, aut maiores; neq; enim dubium est, quin ne haec quidem nostri caussa; aut si uilia sciens; nemo enim se uilibus rebus indigere confiteatur. Ac de tribuenda quidem, & non tribuenda gratia dictum sit.

De Misericordia, & Stomachatione.

CVIVSM O.DI uero res miserabiles sint;

les fint ; & quos homines miserentur ; & quomodo ipsi affecti ; dicamus . Sit ergo misericordia molestia quædam ob malum apparens , interitus , & molestiæ afferendæ uim habens eius , qui eo sit indignus , quod & ipse se passurum , aut aliquem suorum expectet , idque quoties propinquum uideatur ; perspicuum est enim necesse esse , qui miseraturus est , eiusmodi esse , ut arbitretur , mali aliquid passurum aut se , aut suorum aliquem ; & tale malum , quale in definitione expositum est , aut simile , aut affine : itaque neque qui funditus perditii sunt , misericordia cōmouentur ; quia nihil passuros se amplius arbitrātur ; quippe qui passi sunt : neque qui se ualde beatos existimant ; uerum contumeliam inferunt ; si enim bona suppeteret omnia arbitrantur ; profecto se mali nihil pati posse arbitrantur ; hoc enim ex bonis est : sunt autem eiusmodi , ut arbitrentur , se passuros , & qui iam passi sunt , atque euaserunt : & senes ; tum propter prudentiam ; tum propter peritiam : & imbecilli , magisque timidores : & eruditi ; quia considerati : & qui parentes habent , aut liberos , aut uxores ; sui enim hæc sunt ; & ea quæ diximus , pati possunt : & qui neque in fortitudinis affectu uersantur ; ut in ira , & fidentia ;

I quia

quia hi de futuro non cogitant; neque in affectione contumeliosa; quia neque hi se passuros aliquid considerant; sed inter hos interiecti; neq; rursus qui ualde metuunt; neque enim qui timore perculsi sunt, misericordia capiuntur; quia de se solliciti sunt: & si bonos aliquos arbitrantur; qui enim neminem arbitratur, omnes malo dignos esse arbitrabitur: omninoque quoties ita se habeat, ut recordetur, talia cōtigisse aut sibi, aut suis; aut speret, fore, ut aut sibi, aut suis contingent. Ac quem admodum quidem se habentes misericordia commoueantur, dictum est.

Quæ uero commiserentur, ex definitio ne perspicua sunt; nam quæ ex molestis, & tristibus interimendi uim habent, miserabilia omnia sunt; & quæ perdendi uim habent; & mala, magnitudine, præstantia, quæ à fortuna proficiscuntur: tristitiam autem, atque interitum afferunt mortes, & uerberationes, & cruciatus corporum, & senectus, & morbi, & alimentorū inopia; mala uero à fortuna profecta, inopia amicorum, paucitas amicorum; quo fit, ut ab amicis, familiaribusque diuelli, miserabile sit; turpitudo, imbecillitas, debilitas. Et si unde boni aliquid suppeteret conueniebat, mali aliquid cōtigerit; & si sāpē ita.

ita. Et si postquam passus sit, boni aliquid su-
peruenerit; ut Diopithi, ad quem regia
munera sunt missa, cum iam decessisset è
uita. Et si aut nihil boni suppeditatum sit;
aut suppeditatis frui non liceat. Ac quam
quidem ob rem misereantur, hæc, atque
eiusmodi sunt.

Miserantur autem & familiares, nisi ar-
cta conjuncti necessitudine sint; quia erga
illos æque, atque erga se ipsos passuros affi-
ciuntur: itaque Amasis propter filium,
qui ducebatur ad mortem, non lachryma-
uit; ut aiunt; uerum propter amicum;
qui mendicabat; quia hoc est miserabile;
illud atrox: atrox autem à miserabili dif-
fert; & misericordia eiicienda uim habet;
& sape in contrarium ualet. Item mis-
erantur, cum atrocitas ipsa propinquia est.
Quin etiam commiserantur similes astate,
moribus, habitibus, dignitatibus, gene-
ribus; in his enim omnibus magis elucet,
etiam ipsi contingere posse; omnino enim
& hic statuere oportet, quod quæcumque
sibi metuunt, hæc cum aliis euenerint, mi-
serantur. Quoniam autem mala, quæ pro-
pinqua uidentur, miserabilia sunt; quæ
vero ad decem millia annorum euenerint,
aut euerintur sunt, cum ea neque sperent,
neque recordentur; aut omnino non mi-

serantur, aut non eodem modo; propterea qui figuris, & uocibus, & uestitu, ac denique actione repræsententur, miserabiliores sint necesse est; faciunt enim, ut malum propinquum uideatur ante oculos proponentes aut tanquam futurum, aut tanquam præteritum. Et quæ modo etienerunt, aut breuiuentura sunt, miserabiliora; propter eadem cauissimæ. Et signa, & actiones, & uestes eorum, qui passi sunt; & quæ sunt eiusmodi. Et uerba eorum, qui in mali perpessione uersantur, ut eorum, qui iam animam agunt. Et præcipue uirtutē præstare, cum in eiusmodi téporibus uersantur; hæc enim omnia, quia propinqua uidentur, magis excitant miserationem; quasi uero & ille indignus sit; & mali perpessio ante oculos obuersetur.

Opponitur autem ipsi miserari maxime id, quod dicimus, stomachari; quia molestiæ, quæ suscipitur ob indignas res aduersas opponitur quodammodo, & ab ijsdem moribus nauestitia, quæ suscipitur ob res secundas indignas; & uerique affectus bonorum morum sunt; conuenit enim eorum, qui indigne male rem suam agunt, uicem dolere, ac miserari; ob eos uero, qui bene, stomachari; est enim iniustum;

quod

quod contra dignitatem accidit: quocirca
deis stomachationem tribuimus. Existi-
mari etiam possit, inuidiam misericordia
eodem modo opponi; quasi uicinam, at-
que eandem cum stomachatione; sed est
diuersa: est enim inuidia quoque molestia
turbulenta, & propter secundas res, ue-
rum non eius, qui sit indignus; sed qui
par, ac similis: illud autem, non ut ipsi
eueniat aliquid aliud; sed propter ipsum
proximum omnibus æque adesse oportet;
neque enim amplius erit illud quidem in-
uidia; hoc uero stomachatio; sed metus;
si propterea molestia, ac perturbatio exci-
tetur; quia ipsi mali aliquid ab illius pro-
speritate continget. Perspicuum est au-
tem fore, ut hos contrarij consequantur
affectus; nam qui dolet ob eos, qui præ-
ter dignitatem male rem suam gerunt; la-
titia afficietur, aut dolore carebit ob con-
trarios, qui male gerunt; ut patricidarū,
& sicariorum suppicio bonus nemo dolue-
rit; quia uoluptas ex talibus capienda est
non aliter, atque ex iis, qui pro dignitate
rem suam bene gerunt; utrumque enim ju-
stum est, & bono viro latitiā afferat; quip-
pe qui speret necesse est fore, ut quæ simili-
etiam sibi eueniant; atque hæc omnia eo-
rundem monum sunt; contraria uero con-

triorum; qui enim malis gaudet alienis idem, atque inuidus est: nam qui propter rei alicuius ortum, aut præsentiam dolet; hunc ob priuationem, & corruptionem eiusdem gaudere necesse est: itaque ad arcendam misericordiam ualent hæc omnia; at uero propter eas cauſas, quas diximus, discrepant: quare æque omnia proficiunt, ne misericordia concitetur.

Ac primum quidem de stomachatione dicamus, & quibus stomachentur; & quas ob res; & quemadmodum ipsi se habentes; deinde post hæc de alijs. Atqui hæc ex iis, quæ dicta sunt, liquent; nam si stomachchari est dolere ob eum, qui indigne rem suam bene gerere uideatur; primum quidem perspicuum est, fieri non licere, ut aliquis propter bona omnia stomachetur; nemo enim, si iustus sit, aut fortis, aut si uirtutem adeptus erit, stomachabitur ei; quia neque misericordia ob ea, quæ his contraria sunt, commouetur; sed ob dignitas, & potentiam, & eiusmodi res, quibus (ut simpliciter dicam) digni sunt boni uiri; & qui à natura bona adepti sunt; ut nobilitatem, & pulchritudinem, & quæ sunt eiusmodi. Quoniam autem antiqua prope accedere uidentur ad naturalia; necesse est iis, qui idem bonum possident
(si

(si paullo ante adepti sint , & propterea rē
 suam bene gerant) uehementius stoma-
 chari ; magis enim offendunt , qui nouis
 potiuntur diuitiis , quām qui antiquis , &
 gentiliciis : similiter uero & qui magistra-
 tū gerunt ; & qui potentes sunt ; & qui mul-
 tots habent amicos ; & qui bonos liberos ; &
 quicunq; tales : & si ipsi per hæc aliud quid
 boni adepti sint ; eodem modo : etenim tū
 demum magis offendunt , qui nouis po-
 tiuntur diuitiis , quām qui ueteribus ; cum
 propter diuitias in imperio sunt ; simili-
 terque in ceteris ; caussa uero est , quia illi
 quidem res suas possidere existimantur ; hi
 uero non item : quod enim ita semper se
 habere uidetur , id uerum existimatur :
 quo fit ut alteri haudquaquam sua possi-
 dere uideantur . Et quoniam singula bona
 non cuicunque conueniunt ; sed est propor-
 tio , & conuenientia quædam ; ut speciosa
 arma non iusto conueniunt , sed forti ; &
 eximum coniugium non nouas diuitias
 possidentibus , uerum nobilibus ; idcirco
 si qui bonus est , rem conuenientem non
 adipiscatur ; mouet stomachum . Et si in-
 ferior cum superiore controuersetur ; ac in
 primis quidem , qui in eodem studio uer-
 santur : unde & illud dictum est ; *Aiacis*
autem Telamonida pugnam declinabat : quia

I 4 Iuppiter

Juppiter ei stomachabatur, quod cum præstantiore uiro pugnaret: Sin minus, etiā quocunque modo, inferior cum superiore; ut si musicus cum iusto; est enim iustitia, quam musica, præstantior. Ac quibus quidem stomachentur; & propter quæ, ex his perspicuum est; hæc enim, & eiusmodi sunt.

Ipsi uero stomachosi sunt, si maximis bonis digni, eaque adepti sint; neq; enim iustum est, paria non paribus impertiri; deinde uero, si boni, & uirtute prædicti sint; quia tum recte iudicant, tum iniusta oderunt. Et si honoris studiosi, & querundam rerum agendarum appetentes sint; & maxime in iis rebus honoris studio trahantur, quas indigni alij consequuntur. Et omnino, qui ipsi se dignas iis rebus censem, quibus alios non censem, stomachantur illis; & ob ea: itaque mancipiorum similes, abiecti, & minime honoris cupidi, non sunt stomachosi; quia nihil est tale, quo se dignos esse arbitrentur. Ex his autem perspicuum est, propter quos aduersa fortuna utentes, aut male rem suam gerentes, aut quod uolunt, non sequentes, lætari; aut non dolere conueniat; ex his enim, quæ dicta sunt, contraria elucescunt. Quare si tales oratio iudicces

ees præpararit, eos uero, qui poscunt, ut
sui misereantur; & ob quæ misereantur,
indignos esse ostenderit, qui impetrant;
dignos autem, qui non impetrant; fieri non
potest, ut eis misericordia tribuatur.

De inuidia.

PERSPICVVM est etiam, quas ob-
res inuideant; & quibus; & quemadmo-
dum se habentes; si quidem inuidia est
molestia quædam propter apparentem bo-
norum, quæ sunt commemorata, prospe-
ritatem, aduersus similes; non ut sibi ad-
fit aliquid, sed propter illos; etenim qui-
bus similes aliqui sunt, aut esse uiden-
tur; tales inuidebunt: similes autem dico
genere, cognitione, ætate, habitu, & exi-
stimatione, & copiis. Et quibus parum
abest, quin omnia suppetant: itaque qui
magnas res agunt, & secunda fortuna
utuntur, inuidi sunt; quia suas res ferri ab
omnibus arbitrantur. Et quibus eximius
ob rem aliquam honor habetur; & præci-
pue ob philosophiam, aut beatitudinem.
Et qui honoris studio ducuntur, inuidi
magis sunt, quam qui non ducuntur. Et
qui sapientiæ opinionem consectantur;
quia honoris studio ducuntur ob sapien-
tiam

tiam. Et omnino qui gloriā in aliqua re appetunt, in eā inuidi sunt. Et pusillani-
mi; quia omnia magna illis esse uidentur.
Bona uero, propter quae inuident, dicta
sunt; nam quæcunque opera sunt eiusmo-
di, ut propter ea gloriæ cupiditate ducan-
tur, & factis de honore contendant, & glo-
riam appetant, & quæcunque à secunda
fortuna proficiuntur; ferme in omnibus
uersatur inuidia; & præcipue quæ aut ipsi
appetunt, aut putant conuenire, se habe-
re, aut in quibus ipsi possessione paullo
excellunt, aut paullo superantur.

Neque uero dubium est etiam, quibus
inuideant, quia simul expositum est; in-
uident enim iis, qui sibi & tempore, & lo-
co, & ætate, & existimatione proximi
sunt: unde dictum est; *Cognatum enim
etiam inuidere scit.* Et iis, quibus cum de
honore concertant; concertant enim cum
iis, quos diximus: cum iis autem, qui ad
decem millia annorum sunt, aut erunt,
aut cum mortuis; nemo: neque cum iis,
qui sunt ad columnas Herculeas: neque
cum iis, à quibus se uincit suo, aut alio-
rum iudicio arbitrantur: neque quos se
longe uincere, eodem modo, & cum
his, & de rebus eiusmodi. Quo-
niam autem cum competitoribus, & ri-
ualibus

ualibus, & omnino eadem expertentibus, de honore contendunt; fit, ut his potissimum inuidere necesse sit: unde dictum est; *Et Figulus figulo.* Et iis, qui celesteriter, quod uoluerunt, assecuti sunt ij, qui ægre, aut nequaquam adepti sunt; inuident. Et iis, qui si uoti compotes fuerint, ac bene rem gesserint, ipsi dedecus suscipient; cuiusmodi & uicini sunt, & pares; perspicuum est enim, ipsorum culpa fieri, ne bonum adipiscantur: quare hoc cum dolorem afferat, inuidiam efficit. Et iis, qui aut ea habent, aut adepti sunt, quæ ipsis conueniebant; aut olim adepti fuerant: itaque seniores iunioribus: & qui magnos in eandem rem sumptus fecerunt, iis, qui exiguos, inuident. Perspicuum uero etiam est, quas ob res; & in quibus; & quemadmodum se habentes lætitia afficiantur, qui tales sunt; ut enim non habentes dolent; sic habentes ob contraria lætabuntur. Quare si ipsi probentur ita se habere; at uero qui misericordiam impestrare, aut bonum aliquod obtinere digni censentur, eiusmodi sint, quales, quos exposuimus; profecto nunquam misericordiam à principibus obtinebunt.

De

De æmulatione.

QVOMODO uero se habentes æmulentur; & quales res; & in quibus; hinc manifestū est; si quidē æmulatio est molesta quædā suscepta ex eo, q[uod] in iis, qui natura similes sunt, honorata inesse bona videantur, quæ & ipsi consequi possint, non alij, sed quia non & ipsi potiantur: itaq[ue] æmulatio bona est, & bonorum uirorum; inuidia uero mala, & malorum; ille enim semet propter æmulationē accingit, ut bona adipiscatur; hic uero propter inuidiā, ne alter potiatur. Ergo illi ad æmulandū sint propensi, necesse est, qui se bonis eis dignoscant, quæ non habent; quia nemo se dignū censet iis, quæ effici nō posse uidentur: itaq[ue] iuvenes, & magnanimi, tales. Et quibus talia bona suppetunt, quæ honoratis uiris digna sunt; cuiusmodi diuitiae, & multitudino amicorū, & magistratus, & quæ sunt eiusmodi generis; tanquam n. ipsis probos esse conueniat, quia ipsa probis cōuenient; bona eiusmodi æmulantur. Et ii, quos alij dignos censent. Et quorū maiores, aut cognati, aut propinqui, aut natio, aut ciuitas honore excellunt; eos in his rebus æmulantur; quia ea sibi propria esse, & dignos se attribuantur. Quod si bona, quæ honore excellunt;

cellunt, æmulabilia sunt; tales & virtutes esse necesse est; & quæcunque alijs utilitatem afferre, ac beneficium possunt; quia beneficos, & bonos honorant. Et bona, quibus frui proximi possunt, ut diuitiæ, & pulchritudo magis, quam ualetudo.

Neque uero dubium est etiam, quinam æmulabiles sint; nam qui hæc, & eiusmodi bona possident, illi æmulandi sunt: hæc autem sunt, quæ diximus, ut fortitudo; sapientia; magistratus; qui enim magistratum gerunt, multis bene facere possunt; imperatores, oratores, omnes, qui talia ualent. Et quibus multi esse similes uolunt; aut multi familiares, aut amici; aut quos multi admirantur; aut quos ipsi admirantur. Et quorum laudes, & enconia aut poetis, aut ab orationum scriptoribus celebrantur. Contemnunt autem contrarios; quia æmulatione contemptio aduersatur; & ipsi æmulari id, quod est contemnere: qui uero ita se habent; ut aliquos ipsi, aut ipsos alij æmulentur; eos proclives esse necesse est ad contemnendum. & hos, & ob hæc, quicunque ijs malis afficiuntur, quæ bonis æmulabilibus aduersantur: itaq; fortunatos sæpe contemnunt, quoties fortuna potiuntur sine bonis ijs, quibus honor habetur. Atque ex quibus quidem

142 ARIST. ART. RHET.
quidem affectus aut excitentur, aut se-
dentur; unde fides proficiscuntur; dictum
est.

De moribus auditorum.

QVALES autem moribus sint pro af-
fectibus; & habitibus; & ætatibus; & for-
tunis; post hæc persequamur: dico autem
affectus, iram; cupiditatem; & eiusmodi,
de quibus supra differuimus: habitus autē
uitia, & uirtutes, de quibus dictum est
etiam ante; & quales res præeligant singu-
li; & quales agant: ætates autē sunt iuuen-
tus; uigor; & senectus: fortunam autē uo-
co nobilitatem; & diuitias; & potentiam;
& quæ his contraria sunt; & omnino pro-
speram, aduersamque fortunam.

De moribus ætatum.

AC iuvenes quidem moribus cupidi;
& ad ea, quæ concupuerint conficienda
parati sunt; & ex corporeis cupiditatibus,
uenereis potissimum dediti, earumque im-
potentes sunt; inconstantes autem, & re-
rum concupitarum fastidiosi. Et ualde
quidem concupiscunt, sed protinus con-
quiescunt; quia acutas habent uoluntates,

& non

& non magnas; quales sunt ægrotantium
fatis, ac fames. Et ad excandescientiam,
acutamq; excandescientiam proclives, ad
eumque impetum sequendum parati, at-
que iræ obnoxij; quia propter honoris de-
siderium se paruifieri pati non possunt;
uerum ægre ferunt, si sibi fieri iniuriam ar-
bitrentur. Et honoris cupidi sunt; immo
potius uictoriae; quia iuuentus excellen-
tiam appetit; uictoria uero est excellentia
quædam; atque harum rerum ambarum
potius, quæ pecuniarū sunt studiosi: pecu-
niarum uero studiosi minimum, propterea
quia indigentia nondū sunt experti; quale
est Pittaci dictum in Amphiaraum
Neque malis moribus prædicti sunt, sed bo-
nis; quia nondum multa flagitia cognoue-
runt. Et creduli; quia nondum saepè dece-
pti sunt. Et bona spe pleni; quia ut temu-
lenti, sic iuuenes natura calidi sunt: simul
etiam, quia nondum saepè opinione lapsi
sunt, magnaquo ex parte spe uiuunt; spes
enim est futuri; memoria uero præteriti;
iuuenibus autem futuri est multum; præ-
teriti uero parum; primis enim diebus ni-
hil se meminisse; sperare uero omnia arbit-
rantur. Et facile decipi possunt; propter
eandem rationem, quia facile sperant. Et
fortiores sunt; quia iracundi. Et bona spe
pleni;

pleni; quorum illud efficit, ne metuantur; hoc uero, ut confidant; neque enim quisquam, dum irascitur, timet; & sperare boni aliquid fidentiam affert. Et uerecundi; quia nondum honesta alia esse existimant, uerum à lege sola sunt instituti. Et magnanimi; quia nondum à uita depresso sunt, sed rerum necessariarū rudes sunt; & se ipsum rebus magnis dignum censere magnanimi est: id autem bene sperantis est. Et honesta facere, quam utilia malunt, quia moribus potius, quam ratiocinatio uiuunt: est autem ratiocinatio utilitatis; uirtus honestatis. Et amicorum, ac sodalium studiosi magis, quam aliæ artates; quia coniunctu gaudent, & nihil utilitate metiuntur; quare neque amicos. Et omnia in maius, ac uehementius, contra Chilonium præceptum, delinquunt; quia omnia agunt nimis; si quidem & amant nimis, & oderunt nimis, & reliqua omnia eodem modo; quippe qui & scire se omnia opinantur, & asseuerant; quæ caussa est, ut omnia etiam nimium agant. Et iniurias faciunt ad contumeliam, non ad malitiam. Et misericordes sunt; quia omnes bonos, ac meliores existimant; siquidem, sua innocentia, alios metiuntur; quare indignos pati arbitrantur. Et risu delectantur;

itaque

itaque faceti : facetiae uero erudita contumelia est. Ac iuuenum quidem mores eiusmodi sunt.

Seniores autem , & qui uigorem remiserunt ; ex ijs ferme , quæ his contraria sunt ; magna ex parte , mores adepti sunt . Etenim quia multos annos uixerunt , & multis in rebus decepti , lapsique sunt , & res maiore ex parte perditæ sunt ; nihil affirmant , atque omnia multo minus , quam oportet . Et opinantur ; nihil uero sciunt . Et cum controuersiantur , addunt semper : forsitan ; & fortasse ; atque omnia ita pronunciant ; assueranter uero nihil . Et malorum rerum sunt ; quod est omnia in deteriorem partem interpretari . Præterea uero suspiciosi sunt ; propter incredulitatem : increduli uero ; propter peritiam . Neque ualde amant , neque ualde oderunt ; propter hanc rationem ; sed ex præcepto Biantis , & amant , tanquam osuri ; & oderunt , tanquam amaturi . Et pusillamini ; quia à uita depresso sunt ; nihil enim magni , nihil eximi , sed ea , quæ ad uitam pertinent , concupiscunt . Et illiberales ; quia patrimonium est ex rebus necessarijs una ; simul uero etiam propter peritiam ; quam sit difficile adquirere , & facile amittere ; non ignorant . Et timidi , & omnia præ-

K metuen-

metuentes; quia, contra ac: iuvenes, sunt
affecti; quippe qui refrigerati sint; illi ue-
ro calidi: quare senectus aditum timidi-
tati patefecit; est enim timor refrigeratio
quædam. Et uitæ cupidi, in extremis po-
tissimum diebus; quia cupiditas est rei,
quæ abest; & cuius rei indigentes sunt;
eam potissimum concupiscunt. Et ob-
iurgationibus delectantur magis; quam
conuenit; est enim pusillanimitas & hæc
quædam. Et ad utilitatem, non autem
ad honestatem uiuant magis, quam con-
uenit; quia se ipsos diligunt; utile enim
bonum est huic; honestum autem; sim-
pliciter. Et intuere cundi potius, quam
uerecundi; quia enim non curant hone-
statem aequæ; ac utilitatem; parnifaciunt;
quid existimetur. Et mala spe plenis pro-
pter peritiam; quia plerunque res perdi-
tae sunt; & in deteriorem partem plerum-
que cadunt; & præterea, propter timi-
ditatem. Et memoria magis; quam spe
uiuunt; nam quod uitæ restat, modicum;
quod effluxit, multum est. Spes autem est
futuri; memoria uero præteriorum; id
quod eis loquacitatis etiam causam af-
fert; quia res, præteritas narrant; dum
enim recordantur, uoluptate afficiuntur.
Ac excandescens quidem naturæ sunt;

Sed imbecillæ; & cupiditates alia defecerunt, alia sunt imbecillæ: quare neque cupiditatem, neque ad ea facienda parati, ad quæ à cupiditatibus adducuntur; sed ad ea, ad quæ à lucro: itaque tales temperati uidentur; quia cupiditates oblanguerunt. Et lucro inferuiunt: Et ratiocinatione potius uiuunt; quam moribus; est enim ratiocinatio utilitatis; mores autem uirtutis. Et iniurias ad malitiam; non ad contumeliam faciunt. Misericordes autem etiam senes sunt; uerum non propter eandem caussam; ac iuuenes; illi enim propter humanitatem; hi uero propter imbecillitatem; putant enim omnia sibi uicina esse ad patiendum: id quod erat misericordis: unde queruli sunt. Et neque faceti; neque ridiculorum studiosi; quia querulus aduersatur ei, qui delectatur risu. Ac iuuenium quidem; & seniorum mores; eiusmodi. Quare quoniam omnes eas accipiunt orationes; quæ suis moribus conuenienter habentur; & eos, qui sibi similes sunt; non est obscurum, quemadmodum tractandis orationibus tales & ipsi, & orationes uideantur.

Qui uero uigent, profecto inter hos interiecti moribus erunt, utrumque exuperatione detracta; quippe qui neque ni-

mis confidunt; quia audacia tale aliquid est; neque nimium metuunt, sed in utraque re commode se gerunt. Neque omnibus fidem habent; neque omnibus non habent; uerum ex ueritate potius iudicant. Et neque ad solam honestatem uiuent, neque ad utilitatem; sed ad utrumque. Et neque ad parsimoniam; neque ad luxuriam; sed ad id; quod conuenit; similiter uero etiam ad excandescientiam; & ad cupiditatem. Et temperantes cum fortitudine; & fortes cum temperantia sunt; quia haec in iuuenibus, senibusque partita sunt; siquidem iuuenes fortes, & intemperantes sunt; seniores autem temperantes, & timidi. Ut autem in uniuersum complectar, quaecunque commoda iuuentus, & senectus inter se diuiserunt; haec ambo retinent; in quibus uero exuperant, aut deficiunt, eorum quod moderatum est; & conueniens. Viget autem corpus a triginta annis usque ad triginta quinque; animus uero circiter annum quadragesimum nonum. Ac de iumentute quidem, & senectute, & uigore; cuimodo membris praedita singula sint, tam multa deta sint.

De moribus fortunatorum.

DE BONIS autem, quæ à fortuna proficiscuntur, quæcunque accidit, ut & hominū mores cuiusdammodi reddant; deinceps dicamus. Ac nobilitatis quidē mores sunt, ut qui eam adeptus est, honoris cupidior sit; siquidem omnes cum suppetit aliquid, id accumulare consueuerunt: nobilitas autem maiorum dignitas est: & ut ad contemnendos propensus sit etiam eos, qui maioribus suis similes sunt; propterea quia remota hæc magis, quam propinqua dignitatem afferunt, & ad glorianum idonea sunt: nobilitas uero in uirtute generis posita est; generositas autem in eo, ne à natura desciscat; quod plerunque non contingit nobilibus; uerum abiecti plerique sunt; est enim in familiis prouentus uirorum quidam, perinde ac in ijs, quæ nascuntur in agris; & nonnunquam si bonum genus sit, uiri præstantes exoruntur; deinde rursus retrofertur: familiae uero, quæ subtili ingenio præditæ sunt, ad mores insanores deficiunt; ut qui ab Alcibiade, & Dionysio superiore profecti sunt: quæ uero, stabili; ad stoliditatem, atque segnitiem; ut qui à Cimone, & Peccile, & Socrate.

Diuitias uero qui mores sequantur, promptum est omnibus ad uidendum; sunt enim contumeliosi, & contumaces; nempe à possessione diuitarum aliquid passi; perinde enim affecti sunt, ac si bonis omnibus affluant; siquidem diuitiae quasi pretium quoddam estimationis rerum aliarum sunt; quocirca uenalia omnia ipsarum esse uidentur. Et delicati; & arrogantes: delicati quidem propter delicias, & beatitudinis ostentationem: arrogantes autem, & elati; quia omnes in ijs rebus occupari soliti sunt, quarum ipsi amore, atque admiratione ducuntur; & quia alios eadem æmulari opinantur, quæ & ipsi (simul uero merito ita quoque animati sunt; quia multi sunt, qui habentium indigent; unde & illud dictum. Simonidis de sapientibus, & diuitibus ad Hieronis coniugem extat, rogantem; utrum melius esset, diuitem esse, an sapientem; diuitem, respondisse; sapientes enim, dixit, se diuitum foribus hærentes uidere) & quia se dignos esse imperio arbitrantur: atque (ut summatim dicam) demensis beati morum diuitiae sunt. Differunt autem mores eorum, qui nouis fruuntur diuitiis; & eorum, qui antiquis; quia omnibus malis, ijsque grauioribus cumulatis sunt

sunt magis, qui nouis: nam nouas diuitias possidre est, quasi rudē diuitiarum esse; & iniuria inferunt non malitiae, sed partim contumeliae, partim incontinentiae plenas; ut in herberationem, & adulterium.

Eodem uero modo etiam de potentia, mores ferē plerique sunt manifesti; nam potentes partim eisdem prædicti sunt, ac diuites; partim uero etiam melioribus sunt enim potentes honoris audiōres, & moribus uiriliores, quam diuites; quia ea affectant negotia, quæ ipfis administrare propter potentiam licet. Et studio magis dediti; quia in sedulitate sunt toti, quod quā ad potentiam pertinet, considerare coguntur. Et grandiores, quam grauiores; quia conspicuos eos dignitas reddit: itaque moderate se gerunt; grandiras autem mollis, & elegans grauitas est. Et si injuriam faciunt, non parvam, sed magnam faciunt.

Fortunæ uero prosperitas mores habet earum rerum, quas exposuimus, partes; ad haec enim referuntur, quæ maxime fortunæ prosperitates existimantur: & præterea secunda fortuna facit, ut meliore conditione simus in ijs, quæ ad liberorum probitatem, & ad bona corporis pertinent. Ac superbiores quidem, & inconsideratio-

res sunt, propter fortunæ prosperitatem. Vni-
autem illi optimi mores fortunam iquun-
tur, quod deos colunt, & erga diuinum
numen aliquo modo affecti sunt, fident
habentes; propter ea bona, quæ à fortu-
na suppeditantur. Ac de moribus qui-
dem, ætati, & fortunæ conuenientibus
dictum est; quæ enim expositis rebus con-
traria sunt, ex contrarijs elucescunt; ut
pauperis mores, & infortunati, & impo-
tentis.

Quoniam autem usus orationum ad
persuadendum appositarum ad iudicium
refertur (quæ enim nouimus, ac iudi-
cauimus, de his nihil amplius oratione
est opus) refertur autem, siue apud unu-
aliquis uerba faciens adhortetur, aut de-
hortetur; ut faciunt, qui admonent, aut
qui suadent (nihil enim fecius iudica-
tor est unus; quia quem persuadere ope-
ret, hic, ut simpliciter dicam, est iudica-
tor) siue aduersus controuersantem; siue
ad hypothesim aliquis dicat, eodem mo-
do; quia orationem adhibere necesse est,
contrariaque labefactare, aduersus quæ,
ut aduersus controuersantem, uerba fa-
cere oportet: eodemque modo etiam in
demonstratiuis; quia oratio ad spectato-
rem, tanquam ad iudicarorem est institu-

ta:

ta domino autem solus, & simpliciter iuriatoris est, qui in cibilibus contentiobus ea, quæ queruntur, iudicat; quia in contiouersiam, & quæ in deliberationem vocantur, quomodo se habent, queruntur. De moribus autem rerum publicarum supra in deliberationis est disputatum. Quare explicatum est, & quomodo, & per quæ moratas rationes efficiamus.

De propositionibus communibus possibilis, & impossibilis, facti, & non facti, futuri, & non futuri, magni, & parui.

QVONIAM atitem in unoquoque genere orationum finis quidam diuersus erat, de his autem omnibus opinione, propositionesque paratae sunt, ex quibus & fraudendo, & demonstrando, & controuersando fides durant; itemque & una de moratas reddere liceat orationes, est explicatum; reliquum est iam, ut de communibus persequamur; est enim omnibus necessarium, ut propositiones possibilis, impossibilisque ad dicendum adhibeant;

itemque

ARTSIVARTKHETI

itemque iut alij futurum; alij factum esse; demonstrare conentur; præterea uero magnitudinis ratio omnium est orationum communis; quia amplificatione, & immunitione omnes utuntur; & qui suadent, aut diffudant; & qui laudent; aut uituperant; & qui accusant, aut defendunt. His autem explicatis, dabimus operam, ut de encyphematibus, arque exemplis communiter expónamus, si quid habemus; ut reliquis adiectis, id, quod à principio proposuimus, absoluamus. Ex communib's autent amplificatio demonstrativa aptissima est, quæ hædmodum diximus; factum autem iudicibus; de his enim iudicium est, possibile autem, & futurum deliberaſi.

Ac primum quidem de possibilibus, & impossibilibus differamus. Si igitur contrarium est eiusmodi, ut aut esse, aut factum esse possit; etiam contrarium eiusmodi esse existimabitur: ut si fieri potest, ut homo conualuerit, etiam ut ægrotauerit; contrariorum enim quartenus contraria sunt, uis eadem est. Et si simile fieri potest; etiā simile. Et si quod difficilius est, fieri potest; etiā quod facilius. Et si fieri potest, ut uirtute præditus, aut pulcher fuerit; etiam ut omnino fuerit, fieri potest;

poteſt; quia diſſicilius eſt, ut pulchra ſit domus, q̄ ut domus. Et cuius principiū fuſſe poſteſt; etiā finis; nihil enim fit, neq; fieri incipit eorū, quæ fieri nequeunt: ut diametron eſſe ſymmetron, neq; fieri inciperet, neq; fit. Et cuius finis eſſe poſteſt; etiam principium; nempe quia omnia à principio oriuntur. Et ſi quod eſſentia, aut origine posterius eſt, fuſſe poſteſt; etiā quod prius: ut ſi uirum fuſſe fieri poſteſt; etiam puerum; prius enim illud fit: & ſi puerū, etiam uirum; quia illud principiū eſt. Et quorum amor, aut cupiditas eſt natura; quia plerunq; fit, ut nemo amet, aut concupiſcat ea, quæ fieri nō poſſunt. Et quarum rerum ſcientiæ, & artes ſunt; etiam ut illæ ſint, & fuerint, fieri poſteſt. Et quarum rerum principium originis in ijs eſt, quæ nos coegerimus, aut perſuaderimus: hæc uero ſunt, quibus prætantiores, aut domini, aut amici ſumus. Et quorum partes eſſe poſſunt; etiam totum. Et quorum totum eſſe poſteſt; plerunque etiam partes; ſi enim obſtrangulum, & ligula, & ſolea fieri poſſunt, etiam calcei fieri poſſunt: & ſi calcei fieri poſſunt; etiam obſtrangulum, & ligula, & ſolea. Et, ſi totum genus eorum, quæ fieri poſſunt etiam ſpecies. Et, ſi ſpecies; etiam ge-

nus:

156 ARIST. ART. RHET.
nus: ut si nauis fauisse potest; etiam triremis; & si triremis; etiam nauis. Et, si alterum eorum, quæ naturam habent, ut inter se conferantur; etiam alterum: ut si duplum; etiam dimidium: & si dimidiū; etiam duplum. Et, si sine arte, aut appratu factum fuisse aliquid potest; magis per artem, ac diligentiam potest: unde & Agathon dixit; *Atqui alia fortuna facere, alia uero necessitate, & arte nobis suppetunt.* Et, si à deterioribus, aut inferioribus, aut imprudentioribus fieri potest; magis etiā à contrariis: quemadmodum etiam Isocrates dixit; graue esse, si Euthynus didicit, ipse uero non potuit inuenire. De impossibilibus autem, ex contrariis eorum, quæ diximus, suppetere manifestum est.

Factum uero, an non factum sit, ex his perscrutari oportet; primū enim, si quod minus naturam habet, ut fiat, factum est; etiam factum est, quod magis. Et si quod posterius solitum est fieri, factū' est; etiā quod prius, factum est: ut si oblitus est; etiam aliquando id didicit. Et si potuit, ac uoluit; fecit; qui enim cum possint, uolunt; faciunt; quia nihil impedimenti habent. Item, si uoluit, & nihil extrinsecus impediuit. Et, si fieri potest, & iratus fuit. Et, si potuit, ac concepuit; plenque

rumque enim, quæ appetunt; si possunt; etiam faciunt; improbi quidem propter intemperantiam; probi uero, quia proba disciplinunt. Et si futurum fuit, ut fieret, ac ficeret; etenim qui facturus fuit, & esse uerisimile est. Et, si facta sunt quacunque ante illud, aut illius gratia nata sunt, ut si fulsit, etiam intonuit; & si tentauit, etiam effecit. Etsi quacunque naturam habent, ut posterius sint, aut id, cuius gratia sint, factum est; etiam quod prius, & huius est gratia, factum est; ut si intonauit, etiam fulsit; & si effecit, etiam tentauit. horum autem omnium alia ex necessitate; alia plerunque ita sunt. De non facto uero, manifestum est, ex contrariis eorum, quæ dicta sunt, peti.

Quin etiam de futuro, ex iisdem liquet; nam & quod in potestate, ac uoluntate est, erit. Et quæ in cupiditate, & ira, & ratiocinatione cum potestate sunt. Propterea & si in impetu faciendi sit, aut in eo, ut facturus sit; erit; plerunque enim magis sint, quæ futura, quam quæ non futura. Et, si quacunque naturam habent, ut prius sint, antecellerunt; ut si nubilatum est, uerisimile est, pluviatum. Et, si quod huius est gratia, factum est; etiam hoc factum esse, uerisimile est; ut si fundamētū, domus,

De

S. I. C. M.

Diuitias uero qui mores sequantur, promptum est omnibus ad uidendum; sunt enim contumeliosi, & contumaces; niempe à possessione diuitarum aliquid passi; perinde enim affecti sunt, ac si bonis omnibus affluant; siquidem diuitiae quasi pretium quoddam estimationis rerum aliarum sunt; quocirca uenalia omnia ipsarum esse uidentur. Et delicati, & arrogantes: delicati quidem propter delicias, & beatitudinis ostentationem: arrogantes autem, & elati; quia omnes in ijs rebus occupari soliti sunt; quarum ipsi amore, atque admiratione ducuntur; & quia alios eadem æmulari opinantur, quæ & ipsi (simul uero merito ita quoque animati sunt; quia multi sunt, qui habentium indigent; unde & illud dictum Simonidis de sapientibus, & diuitibus ad Hieronis coniugem extat, roganter; utrum melius esset, diuitem esse, an sapientem; diuitem, respondisse; sapientes enim, dixit, se diuitum foribus hærentes uidere) & quia se dignos esse imperio arbitrantur: atque (ut summatim dicam) demens beati morum diuitiae sunt. Differunt autem mores eorum, qui nouis fruuntur diuitiis; & eorum, qui antiquis; quia omnibus malis, ijsque grauioribus cumulatis sunt

sunt magis, qui nouis: nam nouas diuitias possidre est, quasi rudē diuitiarum esse; & iniuria inferunt non malitiae, sed partim contumeliae, partim incontinentiae plenas; ut in herberationem, & adulterium.

Eodem uero modo etiam de potentia, mores ferè plerique sunt manifesti; nam potentes partim eisdem prædicti sunt, ao diuites; partim uero etiam melioribus; sunt enim potentes honoris audiōres, & moribus uiriliores, quam diuites; quia ea affectant negotia, quae iphis administrare propter potentiam licet. Et studio magis dediti; quia in sedulitate sunt toti, quod quæ ad potentiam pertinent, considerare coguntur. Et grandiores, quam grauiores; quia conspicuos eos dignitas reddit: itaque moderate se gerunt; grandiā autem mollis, & elegans grauitas est. Et si injuriam faciunt, non partiam, sed magnam faciunt.

Fortunæ uero prosperitas mores habet earum rerum, quas exposuimus, partes; ad hæc enim refertur, quæ maximæ fortunæ prosperitates existimantur: & præterea secunda fortuna facit, ut meliore conditione simus in ijs, quæ ad liberorum probitatem, & ad bona corporis pertinent. Ac superbiores quidem, & inconsideratio-

ARIST. MART. RHE.

res sunt, propter fortunæ prosperitatē. Vni-
autem illi optimi mores fortunam tenu-
tum, quod deos colunt, & erga diuinum
numen aliquo modo affecti sunt, fident
habentes; propter ea bona, quæ à fortu-
na suppeditantur. Ac de moribus qui-
dem, ætati, & fortunæ conuenientibus
dictum est; quæ enim expositis rebus con-
traria sunt, ex contrarijs elucescunt; ut
pauperis mores; & infortunati; & impo-
tentis.

Quoniam autem usus orationum ad
persuadendum appositarum ad iudicium
refertur (quæ enim nouimus, ac iudi-
cauimus, de his nihil amplius oratione
est opus) refertur autem, siue apud unū
aliquis uerba faciens adhortetur, aut de-
hortetur; ut faciunt, qui admonent, aut
qui suadent (nihil enim fecius iudica-
tor est unus; quia quem persuadere ope-
ret, hic, ut simpliciter dicam, est iudica-
tor) siue aduersus controuersantem; siue
ad hypothesim aliquis dicat, eodem mo-
do; quia orationem adhibere necesse est,
contrariaque labefactare, aduersus quæ,
ut aduersus controuersantem, uerba fa-
cere oportet: eodemque modo etiam in
demonstratiuis; quia oratio ad spectato-
rem, tanquam ad iudicatorem est institu-

ta: omnino autem solus; & simpliciter iuriatoris est, qui in cīilibus contentiōnibus ea, quae queruntur, iudicat; quia quae in controvēsiā, & quae in delibera-
tionē uocantur, quomodo se habeant, queruntur. De morib⁹ autem
rerum publicarum supra in deliberati-
vīs est disputatum. Quare explicatum
est, & quomodo, & per quae moratas
orationes efficiamus.

De propositionib⁹ communib⁹,
possibilis, & impossibilis, fa-
cti, & non facti, futuri, & non
futuri, magni, & parui.

QVONIAM autem in unoquoque
genere orationum finis quidam diuersus
erat, de his autem omnibus opinione,
propositionesque paratæ sunt, ex quibus
& fraudendo, & demonstrando, & conu-
trouersando fides ducant; itemque & linij
de moratas reddere liceat orationes, est
explicatum; reliquum est iam, ut de com-
muni bus persequar; est enim omnibus
necessarium, ut propositiones possibilis,
impossibilisque ad dicendum adhibeant;

itemque

itemque iutalijs futurōm; alij factum esse; demonstrare conentur; præterea uero magnitudinis ratiō omnium est orationum communis; quia amplificatione, & immunitatione omnes utuntur; & qui suadent, aut diffudent; & qui laudant, aut uituperant; & qui accusant, aut defendunt. His autem explicatis, dabimus operam, ut de entyphematibus, atque exemplis, communiter expōnamus, si quid habemus; ut reliquis adiectis, id, quod à principio proposuimus, absoluamus. Ex communib[us] autē amplificatio demonstratiō aptissima est, quemadmodum diximus: factum autem iudicialibus; de his enim iudicium est, possibile autem, & futurum deliberatiō.

Ac primum quidem dē possibilibus, & impossibilibus differamus. Si igitur contrarium est eiusmodi, ut aut esse, aut factum esse possit; etiam contrarium eiusmodi esse existimabitur: ut si fieri potest, ut homo conualuerit, etiam ut agrotauerit; contrariorum enim quatenus contraria sunt, uis eadem est. Et si simile fieri potest; etiā simile. Et si quod difficultius est, fieri potest; etiā quod facilius. Et si fieri potest, ut uirtute prædictus, aut pulcher fuerit; etiam ut omnino fuerit, fieri potest;

poteſt; quia diſſicilius eſt, ut pulchra ſit domus, q̄ ut domus. Et cuius principiū fuſſe poſteſt; etiā finis; nihil enim fit, neq; fieri incipit eorū, quæ fieri nequeunt: ut diametron eſſe ſymmetron, neq; fieri inci- peret, neq; fit. Et cuius finis eſſe poſteſt; etiam principium; nempe quia omnia à principio oriuntur. Et ſi quod eſſentia, aut origine posterius eſt, fuſſe poſteſt; etiā quod prius: ut ſi uirum fuſſe fieri poſteſt; etiam puerum; prius enim illud fit: & ſi puerū, etiam uirum; quia illud principiū eſt. Et quorum amor, aut cupiditas eſt natura; quia plerunq; fit, ut nemo amet, aut concupiſcat ea, quæ fieri nō poſſunt. Et quarum rerum ſcientiæ, & artes ſunt; etiam ut illæ ſint, & fuerint, fieri poſteſt. Et quarum rerum principium originis in ijs eſt, quæ nos coegerimus, aut persuafe- rimus: hæc uero ſunt, quibus prætantio- res, aut domini, aut amici ſumus. Et quorum partes eſſe poſſunt; etiam totum. Et quorum totum eſſe poſteſt; plerunque etiam partes; ſi enim obſtrangulum, & li- gula, & ſolea fieri poſſunt, etiam calcei fie- ri poſſunt: & ſi calcei fieri poſſunt; etiam obſtrangulum, & ligula, & ſolea. Et, ſi totum genus eorum, quæ fieri poſſunt, etiam ſpecies. Et, ſi ſpecies; etiam ge- nus:

nisi: ut si nauis fauisse potest; etiam tremis; & si triremis; etiam nauis. Et, si alterum eorum, quæ naturam habent, ut inter se conferantur; etiam alterum: ut si duplum; etiam dimidium: & si dimidiū; etiam duplum. Et, si sine arte, aut apparatu factum fuisse aliquid potest; magis per artem, ac diligentiam potest: unde & Agathon dixit; *Atqui alia fortuna facere, alia uero necessitate, ex arte nobis suppetunt.* Et, si à deterioribus, aut inferioribus, aut imprudentioribus fieri potest; magis etiā à contrariis: quemadmodum etiam Isocrates dixit; graue esse, si Euthynus didicit, ipse uero non potuit inuenire. De impossibilibus autem, ex contrariis eorum, quæ diximus, suppetere manifestum est.

Factum uero, an non factum sit, ex his perscrutari oportet; primū enim, si quod minus naturam habet, ut fiat, factum est; etiam factum est, quod magis. Et si quod posterius solitum est fieri, factū' est; etiā quod prius, factum est: ut si oblitus est; etiam aliquando id didicit. Et si potuit, ac uoluit; fecit; qui enim cum possint, uolunt; faciunt; quia nihil impedimenti habent. Item, si uoluit, & nihil extrinsecus impediuit. Et, si fieri potest, & iratus fuit. Et, si potuit, ac concepiuit; plenque

rumque enim, quæ appetunt; si possunt; etiam faciunt; improbi quidem propter intemperantiam; probi uero, quia proba disciplinunt. Et si futurum fuit, ut fieret, ac ficeret; etenim qui facturus fuit & fecisse uerisimile est. Et, si facta sunt quacunque ante illud, aut illius gratia nata sunt; ut si fulsit, etiam intonuit; & si tentauit, etiam effecit. Et si quacunque naturam habent, ut posterius fiant, aut id, cuius gratia fiant, factum est; etiam quod prius, & huius est gratia, factum est; ut si intonuit, etiam fulsit; & si effecit, etiam tentauit: horum autem omnium alia ex necessitate; alia plerunque ita sunt. De non facto uero, manifestum est, ex contrariis eorum, quæ dicta sunt, petti.

Quin etiam de futuro, ex iisdem liquet; nam & quod in potestate, ac noluntate est; erit. Et quæ in cupiditate, & ira, & ratiocinatione cum potestate sunt. Propterea & si in impetu faciendi sit, aut in eo, ut facturus sit; erit; plerunque enim magis fiant, quæ futura, quam quæ non futura. Et, si quacunque naturam habent, ut prius fiant, antecesserunt; ut si nubilatum est, uerisimile est, pluviatum. Et, si quod huius est gratia, factū est; etiā hoc factū esse, uerisimile est; ut si fundamētū, domus,

De

.

De magnitudine autem rerum, ac paruitate, & maiori, ac minori, & omnino magnis, ac paruis, ex iis, quæ à nobis ante dicta sunt, perscipi potest: dictū est autem in deliberatiis de magnitudine bonorum, & de maiori simpliciter, ac minori: quare quoniam in singulis orationibus propositus finis, bonum est, ut utile, & honestum, & iustum; non est dubium, quin ex illis amplificationes sint ab omnibus assumendæ; nam si quis præter hæc aliquid de magnitudine simpliciter, & excellentia querat; inanem disputationem instituat; siquidem ad rerum usum ualent magistres singulares uniuersalibus. Ac de possibili quidem, & impossibili, & utrum factum sit, an non factum; & erit, an non erit, præterea uero de magnitudine rerum, ac paruitate; hæc dicta sint.

De exemplis, quot, & cuiusmodi sint.

R E L I Q V V M est, ut fides; quæ communes sunt omnibus exponamus, posteaquam de propriis differimus: sunt autem communes fides genere duæ, exemplum, & enthymema; quia sententia pars enthym-

enthymematis est. ^{ut} Act primum quidem de exemplo dicamus si est enim inductioni simile exemplum; induc̄tio uero principium. Exemplorum autem duo genera sunt; siquidem unum exempli genus est, res ante gestas exponere & alterum uero, ipsum confingere; huius autem una est parabola; altera logi; ut Aesopici, & Libysci. Est autem exemplum rale aliquid; ut, si quis diceret, bellum aduersis regem ap̄parandum esse, neque, ut Aegyptum in potestatem redigat; patiendum; etenim Darius quondam non prius traiecit; quam Aegyptum occupauit; ubi uero occupauit, traiecit iterum Xerxes non ante irruptionem fecit; quam occupauit; ubi uero occupauit, traiecit: quare & hic, si occipiuerit, traiciet; quare non permittendū. Parabola uero, dicta Socratica: ut, si quis diceret, magistratus forte creari nō oportere; quia simile est, atque si quis athletas sortiatur, non qui in decertando ualeant, sed cui forte obtigerit; aut ex nautis sortiatur, quem nam gubernare oporteat; quasi uero conueniat, cui forte obtigerit, nos qui poritus sit, gubernare. Logus uero, qualis est Stesichori aduersis Phalarim; & Aesopide duce populari; Stesichorus, sicut cyp. Hincrenles, Phala-

rim

rim ducem cum summo imperio delegis-
sent, atque ei tradituri custodes corporis
essent, cum alia differuisset, logum hunc
retulit: equus pratum solus olim tenebat;
cum autem cerus superueniens pabulum
dissiparet, cerui ulciscendi cupidus, ho-
minem percontatus est, an cum eo poe-
nam de ceruo sumere posset: ille vero af-
seruit; si modo frenum accepisset; & ipse
in illum, tenens iacula, conscendisset: ubi
vero ille conditionem accepit, & hic ascen-
dit, pro poena, quam petebat, confessim
homini seruauit; sic & uos, inquit, uide-
te, ne dum hostes ulcisci cupitis; idem
atque equus, patiamini; frenum enim
iam habetis, cum ducem cum summo
imperio delegeritis: at uero si custodes
tradetis, & conscendere permittetis; pro-
tinus Phalaridi seruietis. Aesopus autem
in Samo cum populi duce de capite
causam dicentem defenderet, dixit; uul-
pem, dum fluuen traiceret, in uoragi-
nem decidisse; cumque emergere non pos-
set; confictatam diu esse, & caninas mu-
scas ei complures adhaesisse; herinaceum
vero errabundum, ut eam conspexit, mi-
sericordia captum, rogasse; num caninas
inde abigeret; illamque non permisisse:
terum cum ille causam quereret, respon-
disse;

disse; quia hæ iam plenæ mei sunt, & pa-
rum sanguinis exugunt; quòd si has ab-
egeris; famelicæ aliae succedentes reliquū
sanguinis mei exhaustient: quamobrem &
uobis, inquit, ò uiri Samij, hic quidem
nihil amplius nocet, quia diues est; sin-
autem hunc necaueritis, succedent alij
pauperes, qui publica depeculando ea uo-
bis dilapidabunt. Logi autem concio-
num sunt, atque hoc boni habent, quòd
res gestæ similes ad inueniendum diffici-
les sunt; logi uero faciliores (fingere enim,
ita, ut etiam parabolas conuenit) modo
aliquis simile perspicere possit; quod ex
philosophia commodius est. Ac logi qui-
dem paratu faciliores sunt; facta uero ad
deliberationes utiliora; quia futura p̄r-
teritis plerunque similia sunt. Ceterum
exempla, tanquam demonstrationes, ad-
hibere, qui non habet enthymemata, de-
bet; quia per hæc fides fit; qui uero ha-
bet; tanquam testimonia, post enthyme-
ma subiçere; etenim præposita inducțio-
ni similia sunt; oratorijs autem inducțio-
non est, nisi paucis in locis, accommo-
data; subiecta uero, testimonijs; testis au-
tem ubicunque idoneus; quocirca præpo-
nentem comminorare multa necesse est,
subiçenti uero unum etiam satis; quia;

L testis

testis idoneus proficit etiam unus . Ac
quot quidem genera exemplorum sint ;
& quo modo ipsis ; & quando utendum
sit ; dictum est .

De sententijs , quid , quam mul- tæ , & quomodo inuestigan- dæ sint .

DE sententijs uero dicendis , exposito
quid sententia sit ; maxime etiam & cu-
iusmodi de rebus ; & quando ; & quibus
sententias dicere in orationibus conue-
niat ; apparebit . Est autem sententia pro-
nunciatum , non quidem de singularibus ,
ut qualis nam Iphicrates sit ; uerum uni-
uersalibus ; neque de uniuersalibus om-
nibus , ut quòd rectum curuo contrarium ;
sed de ijs , quorum actiones sunt , eaque ,
quaꝝ persequimur , aut fugimus , ad agen-
dum : quare quoniam enthymēma ferme
syllogismus est , ex rebus huiusmodi con-
stitutus ; & conclusiones enthymematum ,
& principia , detra&to syllogismo , senten-
tiæ sunt , hoc pacto ; *Quicunque prudens
est , haudquaquam filios suos ad eximiam eru-
dire sapientiam debet :* hæc quidem senten-
tia est ; cauſa uero adiecta , & cur ita sit ,
totum

totum est enthymema, hoc modo; *Quia præter aliam ignauiam, infestam ciuium iniudiciam sibi parant.*: & illud; *Nemo ex omni partebeatus est*: item; *Nemo hominum liber est*: sententia; cum eo uero, quod sequitur; enthymema; *Aut enim pecunie seruit, aut fortunæ*. Si igitur sententia est id, quod diximus; sententiarum genera quattuor sint, necesse est; aut enim erunt cum subiectione rationis, aut sine subiectione rationis; ac quæcunque quidem confirmationem desiderant sunt, quæ incredibile, aut controversum aliquid continent: quæcunque uero incredibile nihil; sine subiectione rationis: harum autem alias quidem, quia ante cognitæ sunt, nihil rationis indigere, necesse est; hoc pacto; *Vitro ualeré optimum est, ut ego quidem opinor*; ita enim plerisque uidetur: alias uero, simul dum proféruntur, ijs, qui aciem intenderint, innotescere: ut; *Nemo amator est, qui perpetuo non amet*. Quæ uero subiectam rationem habent, aliæ enthymema tis pars sunt: ut; *Quicunque prudens est*: aliæ enthymematicæ quidem, sed non pars enthymematis; quæ in primis quoque probantur: haæ uero sunt, in quibus causa rei, quæ dicitur, extat: ut in hoc, *Immortalent iram ne ferues, cum sis mortalis*:

L 2 quia

quia si dicas, iram seruare non oportere; sententia est: quod uero additur; Qui est mortalis, quamobrem, aperit. Similiter uero & illud; Mortalia oportet mortalem, non mortalem immortalia sapere. Atque ex his quidem, quæ diximus, planum est, & quam multa genera sententiæ sint; & cuiusmodi in rebus unaquæque conueniat; nam de controversis, aut incredibilibus, non sine subiectione rationis; uerum aut præponenda ratione, sententiam pro conclusione adhibere oportet: ut, si quis dicat; *Ego igitur, quoniam neq; iniudici, neque ignarum esse conuenit; censco eruditio*n*i operam dan*d*am non esse.* aut hac præposita priora sub ijcere: de ijs autem, quæ incredibilia non sunt, uerum obscura; quamobrem; con*c*inne adijcere. In eiusmodi uero Laconica quoque dicta, ænigmaticaque conueniunt: ut, si quis dicat, quod inter Locrenses Stesichorus usurpauit; Non oportere contumeliosos esse, ne humi cicadae canant; Iam uero grandiori natu sententias quidem dicere conuenit; sed de iis rebus, quarum est peritus; quia si adolescentulus sententias proferat, quemadmodum etiam si fabellas referat, indecorum; si autem de rebus ijs, quarum est imperitus; stultum, atque ab eruditione removum:

tum: cuius rei signum idoneum est, quod
agrestes homines sententias potissimum
formant, facileque pronunciant. De re
uero non uniuersali in uniuersum dicere;
in conquestione, atque indignatione ma-
xime conuenit; & in his, aut cum exordi-
tis; aut postquam demonstraueris. Iam
uero per uulgatæ quoque, communesque
sententiæ, si sint utiles, usurpandæ sunt;
nam quia communes sunt, quasi omnium
confessione, recte se habere existimantur:
ut ei, qui ad pericula excipienda eos, qui
sacrificium prætermiserint, adhortatur;
Augurium optimum unum, tueri patriam: &
ei, qui inferiores; *Mars belli communis:*
& ei, qui ad tollendos inimicorum filios
etiam nulla iniuria lacestantes; *Stultus,*
qui natos occiso patre relinquit. Præterea
uero nonnulla etiam prouerbia sententiæ
sunt: ut prouerbium; *Atticus inquilinus:*
Quin etiam sententiæ aduersus ea, quæ
in ore iulgi uersantur, proferendæ: dico
autem in ore iulgi uersari: ut; *Nosce te ip-
sum:* &; *Nequid nimis:* quoties aut mores
apparituri sint meliores, aut cum affectu
animi dicitur: est autem cum affectu, si
quis ira percitus diceret; *Falsum esse, o-
portere, se ipsum nosse;* quia si se ipsum hic nosset;
nunquam imperium postulasset: Mores au-

166. ARIST. ART. RHET;
tem meliores; *Non oportere, quemadmo-*
dum aiunt, amare, ut odisse possis; sed odisse,
ut amare. Atque etiam in dicendo præ-
electionem indicare oportet; si minus;
caussam subjcere: exempli gratia, aut hoc
modo dicendo; *Oportet amare, non ut*
quint; sed quasi semper amaturum; quia insidia-
toris est alterum: aut hoc modo; Nequa-
quam mihi placet, quod dicitur; quia uerus
amicus, tanquam semper amatus, amare de-
bet; neque illud; Nequid nimis; quia improbos.
nimis odisse oportet. Quin etiam magnum
ad dicendum auxilium afferunt unum qui
dem; propter uanitatem eorum, qui au-
diunt; quia latantur, si quis in uniuersum
loquens, in opinione, quas ipsi in parte
habent, inciderit. Quod autem dico,
hoc modo, planum erit; simul uero &
quo pacto ipsas uenari conueniat; est enim
sententia (quemadmodum dictum est)
uniuersale pronunciatum. Latantur au-
tem, cum id in uniuersum profertur,
quod ipsi in parte opinione præceptum
habent: ut si quis uicinis, aut filijs im-
probis uteretur, probaret; si quis diceret;
Nihil est uicinitate molestius: aut; Nihil libe-
rorum procreatione dementius. Quare spe-
ciare oportet, quam opinionem antece-
ptam habeat; deinde hoc modo de his in
uniuersitate.

uniuersum effari. Atque cum hunc quidem sententiarum pronunciatio habere usum debet , tum illum alterum meliorem ; quia moratas reddit orationes : illæ autem mores habent orationes , in quibus præelectio elucet : hoc autem omnes sententiæ præstant ; quia qui sententias profert , uniuersæ de rebus præeligendis enunciat : quare si sententiæ probæ fuerint , etiam ut qui dicit , bonis moribus uideantur , efficiunt . Ac de sententia quidem , & quid sit ; & quot genera eius ; & quo modo ipsis utendum sit ; & quam utilitatem afferant ; tam multa dicta sint .

De ratione inuestigandorum enthymeriatum .

DE enthymeratibus autem in uniuersum dicamus , quo pacto inuestiganda sint ; ac postea locos ; quia genus horum utriusque diuersum est . Ac enthymera quidem syllogismum quandam esse dictum est ante , & quo modo syllogismus , & quid à dialecticis differat : neque enim longe , neque omnia sumendo , colligere oportet : quia illud propter longitudinem est obscurum ; hoc uero (quod manifesta dicuntur)

tur) nugatorium ; hoc enim causa est, eur indocti doctis inter vulgares facilius persuadeant : quemadmodum poetæ dicunt ; *Indoctos concinniores esse*, qui cum vulgo loquantur ; quia illi communia, & uniuersalia dicunt ; hi uero ex ijs, quæ sciunt, & propinquæ sunt. Quare dicere oportet non ex omnibus, quæ probantur ; uerum ex definitis ; nempe aut ijs, qui iudicant ; aut ijs, quos ipsi approbant ; neque dubium illud esse , quin ita aut omnibus , aut plurimis uideatur ; neque solum ex necessarijs, sed etiam ex ijs, quæ sunt plerunque , colligere .

Ac primum quidem constituendum est, de quo dicere, aut concludere siue ciuili, siue quocunque syllogismo oportet ; de eo necessario tenenda esse , quæ insunt , aut omnia , aut certe nonnulla ; quia si nihil teneas , nihil colligere poteris : dico autem exempli gratia ; quo modo suadere Atheniensibus possemus, ut bellum susciperent, aut fecus ; nisi teneremus , quæ copiæ illorum essent ; utrum nauales , an pedestres ; an utrunque ; & ipsæ quantæ ; & uectigalia, quæ ; aut amici , aut inimici ; præterea uero quam multa bella gesissent , & quo pacto ; & alia eiusmodi : & eos laudare , nisi teneremus prælium nauale ad Salaminem,

nem , aut pugnam in Marathone , aut quæ pro Heraclidis gesserunt , aut aliquid eius generis ? Etenim ex ijs , quæ insunt , aut inesse existimantur , honestis , laudant omnes ; eodemque pacto uituperant etiam ex contrarijs , considerantes ; quidnam tale in ipsis insit , aut existimetur inesse ; ut , quod Græcos seruitute oppresserunt , & quod Aeginetas , ac Potidaeatas , qui ipsis aduersus barbarum socij fuerant , ac præclare se gesserant , subegerunt ; & si quod aliud peccatum tale insit in eis : eadem autem ratione & qui accusant , ac defendunt , ex iis , quæ insunt ; adhibita animaduersione ; accusant , ac defendunt ; hoc autem de Atheniensibus , an Lacedæmoniis , aut homine , an deo faciente ; nihil interest ; nam & qui suadet Achilli ; & qui laudat , ac uituperat ; & qui accusat eum , ac defendit , ea , quæ insunt , aut inesse existimantur ; arripere debet , ut ex his dicamus laudantes , aut uituperantes ; si quid honesti , aut turpis inest ; accusantes autem , aut defendantes ; si quid iusti , aut iniusti ; suadentes autem , si quid utilis , aut inutilis . Similiter uero his & de re quacunque , ut de iustitia , bonum ne , an non bonum ; ex ijs , quæ iustitiae , aut bono insunt . Quare quoniam tum omnes in hunc modum

170 ARIST. ART. RHET.
modum demonstrare uidentur, siue accu-
ratius, siue negligentius concludant (neq;
enim ex omnibus sumunt, sed ex iis, quæ
in quaque re insunt) tum propter ratio-
nem; quia perspicuum est, fieri non posse,
ut aliter demonstretur; profecto necesse
est, quemadmodum in Topicis, primum
in quaque re selecta habere, quæ incidere
possunt, & oportunitissima sunt: de ijs au-
tem rebus, quæ dereumpte fiunt, indagare
eodem modo; intuendo non in ea, quæ
indefinita; sed in ea, quæ insita sunt; de
quibus habetur oratio, & quæ plurima,
eaque rei proxima complectendo. Nam
quo plura habebuntur eorum, quæ insunt;
eo facilior demonstratio erit; quò uero
propiora, eò magis propria, & minus com-
munia: dico autem communia; laudare
Achillem, quòd homo sit, & quòd ex se-
mideis, & quòd ad Ilium miles uenerit;
hæc enim in aliis quoque insunt multis:
quo fit, ut nihil omnis hic talis Achillem
laudet, quæ Diomedem; propria uero,
quæ nemini alij acciderunt, quæ Achilli;
ut quòd interficerit Hectorem Troiano-
rum fortissimum, & Cycnum, qui omnes
exscendere prohibebat, cù sauciari nequi-
ret; & quòd maxime iuuenis, & iniuratus
ad illam expeditionem profectus sit, & hu-

IUS

ius generis alia. Ac unus quidem selectio-
nis locus, isque primus topicus hic est.

De locis enthymematum.

ENTH Y M E M A T V M autem ele-
menta dicamus (elementum uero, & lo-
cum enthymematis idem uoco) primum,
autem dicamus, de quibus necesse est di-
cere primum. Sunt enim enthymematum
genera duo; nam alia ad demonstrandum,
esse, aut non esse, apposita sunt; alia ad
refutandum: eaque inter se differunt, pe-
rinde ac in dialecticis elenchus, & syllo-
gismus: ad demonstrandum uero apposi-
tum enthymema est, quod colligit ex con-
fessis; ad refutandum uero, quod incon-
fessa. Ac de singulis quidem utilibus, ac
necessariis formis loci ferme nobis haben-
tur; siquidem in singulis selectæ proposi-
tiones sunt; quare, quibus ex locis enthy-
memata de bono, aut malo; aut honesto,
aut turpi; aut iusto, aut iniusto, petere,
oporteat; quin etiam de moribus; & af-
fectibus; & habitibus æque parati sunt
nobis antea loci. Nunc uero, alio modo,
de omnibus generatim paremus, ac dispe-
ramus, adnotantes; qui ad refutandum,
quique ad demonstrandum accommodati-
sint;

sint; itemque qui sint enthymematum eorum, quae uidentur; sed enthymemata non sunt; quia neque syllogismi. Quibus demonstratis; de solutionibus; & obiectib; explicemus; unde eas ducere aduersus enthymemata opus sit.

Vnus ergo ex iis, qui ad demonstrandum appositi sunt; locus est; A contrariis; uidendum est enim, an contrario contrarium insit; refellenti quidem, an non insit; confirmanti uero, an insit: ut, quod temperantia bonum; quia intertemperantia nocet; aut quemadmodum in Messeniaca;
Quod si bellum praesentium incommodorum est causa, ea corrigamus pace, oportet; si enim ipsi, qui iniuiti malefecerunt, & quum non est irasci; neque etiam, si quis coactus bene fecerit, huic babere gratiam decet. At si inter mortales falsis sermonibus fides habetur; contra etiam pertinendum est, multa, quae fide careant, mortibus euenire.

Alius; A similibus casibus; aque enim esse, ac non esse oportet: ut; Non omne quod iustum est, bonum est; alioquin & quod iuste: ceterum iuste necari, experimentum non est.

Alius; Ab iis, quae inter se conferuntur; nam si in alterum cadit, ut honestus aut iuste fecerit; in alterum, ut passus sit:

 & si,

& si , ut iussit ; etiam , ut fecerit : quem admodum publicanus Diomedon de uectigalibus ; *Si uobis vendere non est turpe , neque nobis emere .* Et , si qui passus est , honestus , aut iuste passus est ; etiam , qui fecit ; & , si qui fecit ; etiam qui passus est . Liceat autem captionem in hoc adhibere ; si enim iuste necatus est ; iuste passus est ; at non fortasse à te : quocirca uidendum est separatim , an qui passus est , pati ; & qui fecit , facere debuerit ; deinde , in utram partem conuenerit , usurpare ; nam aliquando discrepat , & nihil prohibet : quemadmodum est in Alcmaone Theodectis :

Matrem tuam nemo'ne mortalium oderat ? Respondens autem affirmat : At hæc distincte considerare oportet ; quarente uero Alphesibœa ; quo tandem modo ? suscipiens dixit ; Necari quidem illam decreuerunt , uerum non à me necari . Et quale iudicium est de Demosthene , & iis , qui Nicanorem interfecerant ; nam quia iure interfecisse iudicati sunt ; iure imperfectus esse existimat : & de eo , qui Thebis occisus est ; de quo iudicium est constitutum : utrum morte dignus esset ; quasi uero iustum non esset , mortem afferre ei , qui iure moreretur .

Alius ; A majori , & minori ; hoc parato ;

cto; Si dij non omnia sciunt; multo minus homines: est autem hoc; Si cui magis inesse debet, non inest; profecto neque cui minus. Illud autem; Proximum cædet, qui patrem etiam cædit, ab eo est; Si quod minus, est; etiam quod magis, est; in utram partem demonstrare opus erit, siue esse, siue secus.

Præterea; Si neq; magis, neque minus: unde dictum est; Ac pater quidem tuus amissis filijs miserandus; Oeneus autem non, qui præstantissimum Græciæ filium perdidit? Et; Si non iuste Theseus fecit; neque Alexander. Et; Si Patroclum Hector, etiam Achillem Alexander. Et; Si alij artifices non mali; neque philosophi. Et; Si imperatores non mali; quia saepe uincuntur; neque sophistæ. Et; Si priuatus uestræ gloriae rationem babere debet; Et; nos Gracorum.

Alius; Ab animaduersione temporis; ut Iphicrates in ea, quam contra Harmodium; Si prius, quam facerem, à uobis statuam postulassem; si fecisset, concessisset; ubi uero feci, non permittetis? ne igitur beneficio afficiendi promittatis; affecti uero, auferatis? Et rursus, ut Thebani Philippo adiutum in Atticam patefacerent; Si prius, quam opem contra Phocenses ferret, postulasset; certe promisissent; profecto absurdum est, si; quia

quia neglexit, & credidit'; transire non patientur.

Alius; Ab iis, quæ ex se dicta sunt aduersus eum, qui dicit . modus autem excellit ; ut in Teucro : atque eo usus est Iphicrates aduersus Aristophontem , cum quæ reret ; num propter pecuniam proditrus naues esset : negante autem illo ; ergo tu (inquit) *cum sis Aristophon, non prodres ; ego uero, qui sum Iphicrates, prodidi?* Oportet autem , ut ille existimetur iniuriosior ; sin minus ; res ridicula uideatur, si in Aristidem accusatorem hoc aliquis proferat ; uerum in exiguum fidem accusatoris: omnino enim qui accusat , melior esse uult eo , qui accusatur : hoc igitur semper est conuincendum : in uniuersum autem ineptus ille est , qui aliis obiicit, quæ ipse faciat , aut facturus esset ; aut ad ea suscipienda hortatur , quæ ipse nec faciat , neque facturus esset.

Alius ; A definitione, hoc modo ; *Dæmonium nihil aliud est, quam aut Deus, aut Dei opus : atqui qui Dei opus esse opinatur, hic & Deos esse opinetur, necesse est.* Et ut Iphicrates ; *Qui generosissimus ; optimus est ; quia in Harmodio, & Aristogitone nihil generosi fuit prius, quam aliquid generosius fuisse.* Et quod ipse propinquior erat;

Quia

Quia res meæ gestæ Harmodij, & Aristogitonis reb. propinquiores sunt, quam tuæ : Et quemadmodum est in Alexandro ; Confessuros omnes esse , parum temperatos esse illos , qui uno frui corpore haud satis haberent , Et unde Socrates se iturum ad Archelaum negauit , quòd parem contumeliam esse diceret , si quis referre non posset , qui beneficium , ac qui maleficium , accepisset : si quidem omnes hi definitionem adhibentes , & quid sit , sumentes ; de iis , de quibus dicunt , syllogismo concludunt .

Alius ; Cum , quotupliciter : ut in Topicis , de ipso Recte .

Alius ; A diuisione : ut ; Si trium rerum gratia omnes iniuriam faciunt , quippe aut huius , aut huius , aut huīus ; ac propter duas non potuit ; propter tertiam autem ne ipsi quidem dicunt .

Alius ; Ab inductione : ut ex Peparrisia ; Mulieres de liberis uerum ubique discernunt ; hoc enim Athenis Mantæ oratori de filio disceptanti mater indicauit ; hoc item Thebis , cum Ismenias , & Stilpo contendenter , Dodonis Ismeniæ filium demonstrauit , propterea que Thessaliscum Ismeniæ filium esse statuerunt . Et rursus ex lege Theodoctis ; si ijs , qui alienos equos male curarunt , suos non tradunt ; neque ijs , qui naues alienas subuertent ;

runt; & si similis est ratio in omnibus; neque nos ijs, qui male alienam salutem defenderunt, committere nostram debemus. Et ut Alcidamas; q̄ sapientes ab omnibus honorantur; quia Parij Archilochum, quanuis maledicus esset, honore affecerunt; & Chij Homerum, quanuis ciuiis non esset; & Mitylenei Sapphonem, quanuis mulierem; & Lacedæmonij Chilonem in senatum legerunt, cum tam parum studiosi humanitatis essent; & Itali Pythagoram; & Lampsaceni Anaxagoram, quanuis peregrinum, sepulchro decorarunt; atque in hunc usque diem honorant; & Athenienses Solonis legibus utentes beati fuerunt; & Lacedæmonij Lycurgi; & Thebis, simul atque philosophiae studio se præsides tradiderunt, beata ciuitas illa fuit.

Alius; A iudicio de eadem re, aut simili, aut contraria; præsertim uero si omnes, & semper; sin minus; at saltem plurimi, aut sapientes; aut omnes, aut plurimi, aut boni; aut si ipsi iudices, aut iij, qui à iudicibus approbantur, aut iij, contra quos iudicare non licet; ut dominos; aut contra quos iudicare honestum non est; ut deos, aut patrem, aut præceptores; quemadmodum in Mexidemidem dixit Autocles; *Si seueris deabus in Areopage iudicium pati honestum fuit; Mexidemidi per-*

ro nequaquam : aut quemadmodum Sappho ; Mori malum esse ; quia dū ita censuerunt ; alioquin mortui essent : aut quemadmodum Aristippus aduersus Platonem nefcio quid (ut rebatur) iactantius proficentem ; Atqui sodalis noster (inquit) nihil tale ; Socratem innuens : Et Hegesippus Delphis deum consultavit , cum antea Olympiae sciscitatus esset , an eiusdem ipse , cuius pater , sententiæ esset : quasi uero turpe esset , contraria respondere : Et Helenam (ut scripsit Isocrates) uirtute præstuisse ; quia Thesens ita iudicauit ? Item Alexandrum ; quia dea iudicem assuerunt : & Euagoram (ut inquit Isocrates) quia Conon aduersa fortuna iactatus , omnibus alijs posthabitis , se contulit ad Euagoram .

Alius ; A' partibus : quemadmodum in Topicis ; Quinam motus est a nima ? aut enim hic , aut ille : exemplum ex Socratis Theodecte petatur ; Quod templum ualuit ? quos deos non coluit ? quos ciuitas asceruit ?

Alius ; quoniam plurimis in rebus usitate , ut eas boni , & mali aliquid consequatur ; A' consequentibus adhortari , aut dehortari , & accusare , aut defendere , & laudare , aut uituperare : exempli gratia ,

gratia, eruditionem mali illud sequitur, ut inuidetur; boni uero illud, ut sapiens sit; *Non ergo eruditioni operam dare oportet, ne inuidetur: ergo eruditioni operam dare oportet, ut sapientes simus.* Atq; hic locus Callippiars est; possibili; atque aliis assumptis; ut dictum est.

Alius; quoties duabus de rebus, ijsque oppositis aut adhortari, aut dehortari conueniat; ad utrasque eum quoque, cuius modo mentionem fecimus, modum afferre: differt tamen, quod ibi quæcumque res opponantur; hic uero contrariae: ut sacerdos quædam filium cum populo agere non sinebat: *quia* (inquit) *si iusta dixeris; in hominum offensionem incurres; si iniusta; in deorum.* Immo uero cum populo agere debes; *quia*, *si iusta dixeris;* *deorum tibi amore conciliabis;* *si iniusta;* *hominum.* Hoc autem idem ualeat, atq; id, quod dicitur; *Oleum, & salem emere;* & hæc est *βαλιωτες;* quando duorum contrariorum utriusque boni, & mali aliquid ita consequens est, ut utraque utrisque contraria sint.

Alius; quoniam non easdem res palam, atque occulte laudent, sed palam quidem iustas, atque honestas summis laudibus efferunt, priuatim uero utiles;

anteponunt; ex his alteram prouirilicet colligere: atque hic locus inter eos; qui contra opinionem proferuntur, est potentissimus.

Alius; Ab eo, quod res ex proportione contingent: ut Iphicrates, cum filium suum, natum minorem; quod magnus esset; publicum obire munus cogerent; dixit; *Si magnos pueros pro uiris accipiant; profecto paruos uiros pueros esse constituent;* Et Theodectes in lege; *Si mercenarios milites; ut Strabacem & Charidemum probitatis ergo in ciuitatem accipitis; non ne mercenarios; qui res nefarias commiserunt; è ciuitate petletis?*

Alius; Si quod contingit est idem; etiam ea, ex quibus contingit, eadem esse: ut dixit Xenophanes, pari impietate præditos esse, qui natos deos dicunt, ac, qui mortem obire; quia utroque modo contingit, ut aliquo tempore non sint dij. Et omnino quod ex utroque contingit; sumere pro eo, ac si idem sic semper: *Estis autem non de Socrate indicaturi, uerum de professione; utrum operari dare philosophiae conueniat.* Item; *Terram, atque aquam dare, est seruitutem servire.* Item; *Communis pacis participes fueri est, imperata facere.* Sumendum est.

autem,

autem; utrum fuerit utile.

Alius; Quòd non idem semper ijdem posterius, ac prius eligant, sed contra quale est hoc enthymema; si fugati quoniam pugnauimus, ut restitueremur & restituti uero fugiemus, ne depugnemus? aliquando enim constituerunt pugnare, ut manerent; aliquando uero non manere, ne depugnarent.

Alius; Cuius gratia sit, si non factum sit; huius gratia esse, aut factum esse, afferere: ut si cui quis donum daret, ut eo ablato, dolorem afferret: unde & illud dictum est; Multis dea magnas affert prosperitates, non quòd eos diligit; sed ut calamitates habeant insigniores. Et illud ex Meleagro Antiphontis; Non ut feram interficiant, sed ut testes sint Menleagri uirtutis apud Græciam. Et illud ex Aiace Theodectis; quòd Diomedes Ulyssem præ ceteris asciuerat, non ut ei honorem tribueret; sed ut comes se esset inferior: Fieri enim potest, ut huius rei gratia fererit.

Alius litigantibus, suadentibusq; communis; Videre, quæ adhortentur, ac dehortentur; & quorum gratia & agant, & fugiant; hæc enim sunt illa, quæ si adfiant, agenda sunt; nempe; si possibile, &

M 3 facile,

facile, & utile; & aut ipsis, aut amicis; aut inimicis noxati, ac damnum afferat; aut si damnum leuius sit, quam res. Atque ab his quidem adhortantur, dehortanturque a contrariis: ab iisdem autem his & accusant, & defendant; ab adhortantibus quidem defendant; a dehortantibus uero accusant. Est autem locus hic ars integra tum Pamphili, tum Callippi.

Alius; Ab ijs quæ fieri existimantur illa quidem, sed fide carent. Quod in existimationem non cecidissent; si non essent, aut patum abessent. Et quod magis; quia aut ea, quæ sunt, aut quæ uerisimilia sunt, opinantur: quod si credibile, & uerisimile non est, uerum erit; neque enim quia uerisimile, & credibile sit; ita existimatūr; quemadmodum Androcles Pittheus legem accusans, cum oranti sibi obstreperent, dixit; *leges legem emendatricem desiderare; quia & pisces salem*: atqui neque credibile, neque uerisimile est, qui in falso aluntur, egere sale; & oliuæ oleum: atqui alienum à fide est, unde oleum sit, ea oleo indigere.

Alius ad refutandum appositus; Repugnantia considerare; siquid repugnans sit in omnibus & temporibus, & actionibus,

bas, & sermonibus: ac separatim quidem in litigatore, hoc modo; *Et ait quidem amare uos; uerum cum triginta uiris consipravit.* Separatim uero in se ipso; *Et ait quidem, me litibus delectari, neque tamen me iudicium ullum intentasse,* potest ostendere. Separatim autem in se ipso, ac litigatore; *Et hic quidem nihil unquam mutuo dedie,* ego uero multos uestrum etiam liberaui.

Alius; Hominibus, & rebus calumnia affectis, nec tamen hominum existimatio-ne probatis; caussam improbabilitatis ex-ponere; si quidem est aliquid, propter quod uideatur, hoc modo; Mulier quæ-dam, cum filium amplexandi gratia sub-iisset, uidebatur cum adolescentे concum-bere; cauſa uero exposita, calumnia dis-solta est; & quemadmodum in Aiace Theodectis, Vlysses Aiaci cauſam expo-nit, cur cum Aiace fortior sit, non tamen existimetur.

Alius; A cauſa; & si extat, esse; & si non extat, non esse; nam & cauſa, & id cuius est cauſa simul sunt; ac sine cauſa nihil est; quemadmodum Leodamas in-defensione sui dixit, cum Thrasybulus obijceret, quod in columna notatus esset in arce, uerum ipsum Trigintauiris do-minantibus abrasisse; *at non licuit* (in-

quit) immo uero plus mihi Trigintauri credidissent, si gestæ cum populo inimicitia extitissent.

Alius; Videre, num licuit, aut liceat alio modo commodius, quam quemadmodum aut suadet, aut agit, aut egit; satis enim liquet, si non ita se habet, non egisse; nemo enim sponte sua, ac sciens deteriora præeligit: est tamen hoc falsum, quia post sape apparet, quemadmodum commodius agi poterat, quod prius obscurum erat.

Alius; Simul uidere, num quando getendum aliquid sit, quod iis, quæ gesta sunt, aduersetur: ut Xenophanes roganibus Eleatis, num sacrificarent Leucotheæ, atque lugerent; respondit, si deam putarent, ne lugerent; si hominem, ne sacrificarent.

Alius locus; Ab iis, in quibus peccatum est, accusare, aut defendere: ut in Carcini Medea; Sunt, qui accusent, quod liberos interfecerit; neque enim eos extare; peccauit enim Medea, quod eos amandauit. Illa uero defendit, se non liberos; sed Iasonem interfectoram fuisse; hoc enim si prætermisisset, peccasset; si modo illud etiam alterum perpetrasset. Est autem locus hic, & forma en-

thyme-

thymematis prior ars Theodori tota.

Alius; *A nomine*, ut Sophocles; *A perte σιδηρω*, & ferens *nomen*; & ut in deorum laudibus solent dicere: & ut Conon Thrasybulum θρασύβουλον nominabat; & Herodicus Thrasymachum, semper θρασυμάχος es; & Polum, semper λός es; & Draconem legislatorem, quod non hominis leges essent, sed draconis, quippe asperas; & ut Eupolidis Hecuba in Aphroditem; *E nomen deae recte αρρενεών initum*: & quemadmodum Charemon; *Illydias futurie calamitatis nomen fert*. Proabantur autem magis quæ ad refutandum, quam quæ ad demonstrandum idonea sunt; quia quod refutandi uim habet, rerum est contrariarum in angusto loco collectio, quæ uero iuxta se posita sunt, auditori facilius innotescunt ex omnibus autem & qui ad refutandum, & qui ad demonstrandum idonei sunt syllogismis, maxime perturbant quæ sint eiusmodi, ut cum proferri incipiunt, ea prouideant, non quod eminentia sint, quia simil & ipsi praesentientes secum legitantur; & quæ eatenus subsequuntur, ut ea simul ac sint dicta, intelligent.

De

De locis adumbratorum enthy-
mematum.

QVONIAM autem accidere potest, ut unus syllogismus sit; alter non sit, qui dem, sed uideatur; necesse est & enthymema unum quidem esse; enthymema alterum uero non esse, sed uideri; quia enthymemata syllogismus est quidam. **L**occi autem eorum, quæ uidentur, enthymematum, unus est in dictione: atque huius una pars est, perinde ac in dialecticis, nullo adhibito syllogismo; extremum in modum conclusionis afferre. **N**on igitur hoc, & hoc; **N**ecesse est igitur hoc, & hoc. Et enthymematis contorte, oppositeque differere, enthymema uidetur; quia eiusmodi dictio campus est enthymematis: tale autem uidetur esse, à figura dictiones. **A**d syllogistice uero dictione dicendum proficit; multorum capita syllogismorum efferre; hoc modo; **A**lios seruauit, alios ultus est, Gracos autem in libertatem vindicavit; quippe quia ex aliis horum unum quodque probatum est; quæ si coniungantur, iam ex his effici aliquid uideatur: altera uero est in homonymia; ut si

et.

quis

quis dicat, uirtute præstantem esse Mūv, à quo augustissima omnium initia existunt; siquidem Musiplæ omnium augustissima initia sunt: aut si quis canem celebrans, cœlestem etiam, aut Pana completeretur; quia Pindarus dixit; *O Beate, quem magnæ deæ canem uarium uocant olympij:* aut; *nullum esse canem in hono- ratum esse;* *quare canem esse, honoratum.* Et si quis dicat; *Mercurium omnium deorum maxime esse novuvinov;* quia solus uocatur *novu's Mercurius.* Item *λόγος esse rem præstantissimam;* quia boni uiri non pecuniarum, sed *λόγοι αξιοί* sunt; neque enim *λόγος αξιος* dicitur uno modo.

Alius; Quod distinctum est, coniunctum; aut quod coniunctum, distincto proferre; quoniam enim idem uidetur esse, cum sæpe non sit idem; utrum opportunius erit, id facere conuenit: est autem hoc oratio Euthydemī, ut illud; *quod nouit triremem in Piræo esse;* quia singula nouit. Et illud; *quod qui scit elemen- ta, carmen scit;* quia carmen idem ipsum est. Et quoniam bis tantum morbosum est, neque unum salubre esse afferere; quia absurdum est, si duo bona, unum malum sit: atque hoc quidem modo ualeat ad refutandum; hoc uero, ad demonstrandum;

dum; neque enim unum bonum duo sunt mala: totus autem locus est captiosus. Item Polycratis illud in Thrasybulum: quod triginta tyrannos sustulit, siquidem coniungit. Rursus illud in Oreste Theodectis (ex distinctione namque est). *Aer quum est, si quæ maritum interficiat, ipsam mori; & filium patrem ulcisci; hæc igitur facta sunt.* nam si coniungantur, fortasse non æquum: poterit etiam à defectione proficisci; quia tollitur, à quo

Alius locus est; Confirmare, & infirmare cum indignatione: hoc autem est, quoties quam rem factam esse non demonstrarit, eā exaggeret; efficit enim ut nideatur, aut non fecisse, quoties qui arguitur, exaggerat; aut fecisse, quoties qui accusat, irascitur: quare non est enthymema; fit enim ut aut fecisse, aut non fecisse, falso credat auditor, quanuis demonstratum non sit.

Alius; A signo; quia neque hoc concludi syllogismo potest: ut si quis dicat: ciuitatibus utiles amatores esse; quia Harmodij, & Aristogitonis amor Hipparcum tyrannum euertit. Et Dionysium furem esse; quia improbus sit: nam neque hoc syllogismo concludi potest; neque enim omnes improbi fures, sed omnes fures improbi sunt.

Alius;

Alius ; Ab accidenti ; quale quod in mures protulit Polycrates ; *eos comedendis neruis auxilium attulisse.* Aut si quis dicat ; *ad canam inuitari, honorificentissimum esse,* quia Achilles , quod inuitatus non fuit , in Tenedo Achius succensuit . At ille , quia pa- rum estimatus fuerat , succensuit : id au- tem accidit ex eo , quia inuitatus non fuit .

Alius ; A consequenti ; ut in Alexan- dro ; *Magnanimum esse ; quia solus in Idā vulgaris multitudinis consuetudine neglecta uer- setur ; quandoquidem magnanimi tales.* Et adulterum esse , quia se comat , & de no- te uagetur ; quia adulteri quoque tales eadem uero etiam ratione , quia mendici in templis & cantant , & saltant ; & quia exilibus ubique libet , incolere licet , quia enim hæc iis suppetunt , qui beati es- se putantur ; & iij , quibus hæc adsunt , pu- tabuntur esse beati : differt autem , quic modo fiat ; quocirca in defectionem in- currit .

Alius ; A non caussa , quasi caussa ; quippe propterea quod simul , aut post eam evenerit ; quod enim post illam est , æque ac propter illam accipiunt , maximeque qui in rep. uersantur : ut Demades ; De- mosthenis politiam caussam calamitarum omnium

290 ARIS T. ART. RHET.
omnium extitisse ; quia post eam bellum
est excitatum . Alius ; A defectione temporis , & mo-
di : ut ; quod Alexander iure Helenam ra-
puit ; quia a patre optionem acceperat ; non
que enim fortasse in perpetuum , sed pri-
mis temporibus ; nam eatus in potesta-
te pater habuit . Aut si quis dicat ; libe-
rum hominem cädere , contumeliam esse ; ne-
que enim usquequa uerum quoties in-
juriosas manus prior intulerit .
Præterea uero (ut in Eristicis) apparen-
syllogismus existit ab eo , quod est simpli-
citer , & non simpliciter , sed quiddam
quale in dialecticis ; Non ens esse ens
quia non ens est non ens . Et ; Quod cognosci non
potest , sciri posse ; quia quod cognosci non po-
test , sciri potest , cognosci non posse ; sic
etiam in rhetoricis apparen^s enthymema
est ab eo , quod non simpliciter uerisimi-
le , sed quiddam uerisimile est : hoc autem
generale non est ; quemadmodum etiam
Agathon inquit ; Fortasse uerisimile illud
esse aliquis dixerit , mortalibus multa non ue-
risimilia evenire ; evenit enim id quod est
contra uerisimile : quare uerisimile etiam
est id , quod contra uerisimile est . Si au-
tem hoc , quod non est uerisimile , ueri-
simile fuerit illud quidem , sed non simpli-
citer :

citer: uerum (quemadmodum in Eristicis) nisi addantur, Secundum quid, & Ad aliquid, & Alicubi; columnam affertunt; item hic, contra uerisimile est, non simpliciter, sed quoddam uerisimile. Ex hoc autem loco ars Coracis est constituta; nam si culpa non sit affinis; ut si imbecillus de uerberibus arguatur; non enim uerisimile est: & si sit affinis, ut si robustus; non enim uerisimile est; quia futurum erat, ut uerisimile in opinionem incurreret: eademque etiam ratione in ceteris; aut enim culpa affinem, aut non affinem esse necesse est: ac uerisimilia quidem ambo uidentur; uerum illud est uerisimile; hoc uero non simpliciter, sed quemadmodum dictum est. Et hoc est, inferiorem causam dicendo superiorem efficere: quo factum est etiam, ut iure Protagorae professionem moleste homines ferrent; quia falsum, & non uerum, sed apparens uerisimile est; atque in nulla arte, nisi in rhetorica, eristicaque uersatur.

Ac de enthȳnematisbus quidem, & quæ
sunt, & quæ uidentur, dictum est.

that is sufficient to make a difference to the outcome of the election. This is a very important consideration for those who are involved in politics.

卷之三

De

De dissolutionibus enthytemma- tum.

DE INCEPS sequitur, ut de dissolutionibus exponamus.: Licet autem aut opponendo syllogismo, aut afferenda obiectione dissoluere. Ac syllogismi quidem oppositio quin ex iisdem afferri locis posset, haud sane dubium est; si quidem syllogismi ex probabilibus sunt; probabilia uero multa inter se contraria sunt. At uero obiectiones quadrifarijam (ut dictum est in Topicis) afferuntur; nempe aut à se; aut à simili; aut à contrario; aut à iudicatis: dico autem à se; ut si enthytemma esset; amorem bonum esse; duplex afferri obiectio posset; quippe aut in totum; omnem indigentiam malam esse dicendo; aut in parte; quod non diceretur Caunius amor; nisi mali quoque essent amores. A contrario uero obiectio dicitur; ut si enthytemma esset; probum uitrum de amicis omnibus bene mereri: neque improbus male. A similibus autem; si esset enthytemma; quod qui in commodum acceperunt, semper oderunt; neque qui commodo affecti sunt, semper

per diligunt. Iudicia uero sunt; quæ ab illustribus uiris accipiuntur; ut si quis enthytemma afferret; temulentis ignosci conuenire; quia ignorantes delinquent; obici poterit; non igitur laudandus Pittacus; neque enim grauiorem poenam lege constituisset, si quis ebrius delinquisset. Quoniam autem enthytemmata ducuntur ex quattuor; nempe uerisimili; exemplo; tecmerio; & signo; quæ autem ex iis; quæ plerunquæ sunt, aut esse uidentur, enthytemmata colliguntur; ex uerisimilibus; quæ uero ex inductione rei similis, aut unius, aut plurium; quoties quidem sumpto uniuersali, deinde quod est in parte concludat; ab exemplo; quæ autem ex necessario, ac existente; à tecmerio; quæ uero ex uniuersali, aut particulari; siue existat, siue secus; à signis sane dubium non est; quin eiusmodi enthytemmata obiectione afferenda dissoluere semper licuerit; dissolutio tamen adumbrata, & non perpetuo uera erit; neque enim qui objicit; uerisimile non esse; sed qui necessarium non esse; dissoluit; itaque propter hanc captionem fit, ut qui defendit, commodiore conditione sit, quam qui accusat; etenim quia qui accusat, ex uerisimilibus probat. (neque

N uero

uero dissolutio eadem est; aut uerisimile non esse, aut necessarium non esse) quod uero plerunque est; ei semper obiici potest, alioquin non uerisimile, sed perpetuum, ac necessarium esset; qui uero iudicat, arbitratur; si eo modo solutum sit; id aut uerisimile non esse, aut haud quam ad suum iudicium pertinere; in quo decipitur; quemadmodum diximus; neque enim ipse ex necessariis tantummodo iudicare, sed etiam ex uerisimilibus debet; quia hoc demum est, Mente optima, iudicare. Non igitur satis erit, si soluerit, necessarium non esse; uerum soluere debet, uerisimile non esse; hoc autem accidet, si obiectio afferetur: quod saepius: talis autem obiectio duobus afferri modis potest, aut tempore, aut rebus; uerum ab utrisque firmissima est; nam quod ita est saepius, id demum est uerisimilius. At uero tum signa, tum qua^m signis ducuntur ent h^ymemata, etiam si existunt, eo, quo supra dictum est, modo, soluuntur; nam nullum concludi syllogismo signum posse, liquet nobis ex Analyticis. Eorum uero qua^m ab exemplis elicuntur, eadem, ac uerisimilium dissolutionis est ratio; nam si unum aliquod ita euenisse possimus ostendere, solutum est;

est ; quia non est necessarium ; quippe cum & complura , & s̄epe facta sint aliter : quod si & complura , & s̄epe ita se habuerint ; contendere oportet ; id , quo de agitur aut simile non esse , aut similiter factum non esse , aut dissimilitudinem aliquam obtinere . Tecmeria uero , & quæ à tecmeriis ducuntur enthymemata , eo quidem euerti non possunt , quod syllogismo concludi nequeant (id enim nobis liquet ex Analyticis) uerum quod dicitur ; nullum esse ; nobis ostendendum relinquitur : quod si & esse , & tecmerium esse pateat ; iam hoc insolubile euadit ; quia omnia iam demonstratione sunt patefacta . Amplificatio uero , & imminutio non sunt enthymematis elementum (idem enim elementum uoco , & locum ; est autem elementum , & locus , in quem multa enthymemata incident) uerum amplificatio , & imminutio enthymemata sunt ad ostendendum , magnum , aut paruum esse ; perinde ac etiam bonum , aut malum , aut iustum , aut iniustum , aut aliquum quodlibet ; hæc autem omnia sunt , in quibus syllogismi , enthymemataque uerificantur : quod si nullum horum locus enthymematis est ; neque amplificatio , & imminutio est . Neque uero quæ ad sol-

496 ARIST. ART. RHET. L.II.
uendum ualent genus sunt enthyphematis
ab iis, quæ ad confirmandum aptæ sunt,
separatum; nam sine dubio soluit qui-
dem, qui aut demonstrat, aut obiectio-
neum affert; uerum oppositum contra de-
monstrant: exempli gratia; si ostendit fa-
ctum esse; hic non factum esse; si autem
non factum; hic factum: quare nihil in-
tererit; quia iisdem ambo utuntur; si qui-
dem ad ipsum non esse, aut esse, enthy-
phemata adhibent: neque uero obiectio
est enthyphema; sed (quemadmodum in
Topicis) opinionis alicuius pronunciatio,
ex qua syllogismo conclusum non esse rau-
falsi aliquid sumptum esse, patet. Quo-
niam autem tria sunt, quæ tradere de ora-
tione oportet, de exemplis quidevis; &
sententiis; & enthyphematisbus: & omni-
no de iis, quæ ad animi sensa pertinent;
& unde copiam comparabimus, & quem-
admodum ea dissoluemus, tam multa no-
bis exposita sint. Reliquum est autem,
ut de elocutione, & dispositione perga-
mus.

ARIST.

ARISTOTELIS
ARTIS RHETORICAE,

Carolo Siganio Interpretate;

LIBER TERTIVS.

De elocutione.



V M tria sint, quæ tradere de oratione oportet, unum, unde fides existent; alterum de elocutione; tertium, quemadmodum partes disponere orationis expediat: fides quidem expositæ sunt; & ex quo sint; nempe ex tribus; & hæc qualia, & quare tot sola; aut enim, quia ipsi aliquo modo sint affecti, qui iudicant; aut quia cuiusdammodi existimant eos, qui dicunt; aut quia demonstratum sit, assentiuntur omnes; dictum uero est etiā, unde promenda enthymemata sint; nempe, partim ex formis enthymematum; partim ex locis: consequens ergo est, ut de elocutione dicamus; neque enim satis est, habere, quæ oportet dicere; sed necesse est etiam hæc dicere, ut oportet;

N 3 ua-

1731 A

qualetque ad id multum, ut oratio cuiusdammodi uideatur. Ac primum quidem quæsitum est secundum naturam, quod natum est primum; res uidelicet ipsæ, unde fidem habeant; deinde uero quemadmodum eæ dicendo tractentur; tertium autem horum, quod uim quidem habet maximam, nondum uero tentatum est; actio; etenim in tragicam, & rhapsodiam sero prodit; quippe quia tragœdias ipsi poëtæ primum agebant; ex quo apparet, perinde in rhetorica usuienire, atque in poetica quoque; id quod nonnulli alij tradiderunt, tum Glauco Teius: hæc autem versatur in uoce, quemadmodum ea ad singulos affectus adhibere conueniat; ueluti, quando magnam; & quando parvam; & quando mediocrem: & quando modato tonos, ut acutum; & grauem; & medium; & quos rhythmos ad singulos tria enim sunt, quæ inquitunt; nempe, magnitudo; concentus; & rhythmus: ac præmia quidem ferme ex certaminibus isti referunt; & ut illic plus ualent actores hodie, quam poëtæ; item in ciniibus contentionibus, uitio Rerum publicarum. Nondum autem ars harum rerum est consueta; quia & sero elocutio prodit: quam si probe iudicetur leuis testis esse uide-

nidetur: uerum cum ad opinionem tota
rhetorica pertractatio referatur; non ut
rei, quæ recte habeat; sed ut necessaria;
fusciplienda cura est: neque enim plus in
dicendo laborare debemus, quam ut ne-
que molestia, neque iucunditate afficia-
mus; siquidem rebüs ipsis decertare oportet:
quara cetera præter demonstrationem
inania sunt; sed multum tamen ualent,
propter prauitatem (ut diximus) auditore-
rum. Ac paruam quidem nescio quam
elocutio habet in omni doctrina neces-
tem; interest enim nonnihil ad declaran-
dum; ita ne, an ita dicas; uerum non tan-
topere: sed hæc omnia phantasia constant,
& referuntur ad auditorem: itaque nemo
geometriam ita tradit. Illa igitur cum pro-
dibit; idem atque histronia efficiet: fue-
runt tamen, qui de ipsa etiam nonnihil
prodere sunt conati; ut Thrasymachus in
Miserationibus: quin etiam ad agendum
aptum esse naturæ est, & minus artificio-
sum; elocutio uero artis est: itaque orato-
ribus; qui hæc ualent; quemadmodum &c.
iis; qui actione; altera præmia tribuin-
tur; nam; qua seribuntur orationes plus
dictione, quam sententiis pollent. Ac
poetæ quidem primum, ut natura tulit
eam excitare cœperunt; siquidem nom-

na imitationes sunt; & uox tributat nobis
est omnium partium ad imitandum aptissima;
unde artes tunis rhapsœdia, tum hi-
stronia, tum aliæ cõstiterunt: quoniam
autem poetæ, cum inania dicérent, ex
elocutione gloriam peperisse hanc uide-
bantur; propterea poetica elocutio prima
exitit; ut Gorgiaz: hodieque eorum ple-
riique, qui disciplinis exculti non sunt;
tales pulcherrime loqui existimant: non
est autem ita; uerum alia orationis elocu-
tio est, quam poematis; quod ex eventu
declaratur; neque enim qui tragœdias fa-
ciunt amplius eo modo utantur; sed utres
tetrametris ad iambos se contulerunt (quis
hoc metrum internalia est sermoni simili-
stum) sic & nomina à sermonis confusio-
dine aliena deposuerunt; ea uero abiecer-
unt; quibus præfici ornarunt, & qui he-
die quoque ex metra scribunt a quo circa
siquidam est, eos; qui ipsi eo modo non
utantur amplius, imitari. Ex quo pat-
spicuum est; non omnia, quæ de elocutio-
ne præcipi possunt, nobis esse auctoratis
conquirienda; sed quæ de eiusmodi; quam
dicimus: de illa uero in præceptis de poe-
tica disserimus.

Elocu-

Elocutionem perspicuam esse debere, non tamen humilem, nec
clamat. SINT ergo illa pertractata: ac uirtus
elocutionis constituatur, ut perspicua sit:
argumento est enim, quod oratio, si non
declarat officio suo non fungitur: & ut
neque humilis, neque supra dignitatem
sit; sed decora; poetica enim fortasse hu-
milis non est; uerum orationem non de-
cet. Ac perspicuam quidem nomina, &
nرعا propria reddunt: non humilem uero,
sed ornatam, alia nomina, que in pre-
cepitis de poetica sunt exposita; quia im-
mutatio efficit, ut grandior uideatur; si
quidem homines; ut erga peregrinos, &
cives; sic etiam erga elocutionem afficiuntur:
quare peregrinus sermo reddendus
est; quia admiratores sunt eorum, qui ab-
sunt; admirabilitia uero iucunda sunt. Ac
in metris quidem tam multa hoc efficiunt,
cum illic conuenit; nam & res, & homi-
nes, de quibus sermo habetur, magis ex-
cellunt: in nudis autem orationibus, mul-
to paucioribus; quia argumentum infe-
rius est; quoniam & ibi si seruus, aut ual-

de

de iuuenis ornate loqueretur; minus decorum esset; aut si de rebus ualde minutis: sed uersatur in his etiam decorum aut angustius, aut latius: quocirca oportet, ut occulte faciamus, & non fide; sed à natura dicere uideamur; hoc enim ualeat ad fidem; illud uero secus; quia tanquam ab insidiatore, cauent; quemadmodum à uinis permisisti: & quale Theodori uoci ad aliorum uocem histrionum accidit; hæc enim eius, qui dicebat, esse uidebatur; illæ uero alienæ. Egregie uero occulitur, si quis à communi sermonis consuetudine feligendo, componat; quod Euripides facit, & primus ostendit. Verum cum nomina, & uerba sint, ex quibus constat oratio; cumque nomina tam multas habeant formas, quam multæ in præceptis de poesi traditæ sunt; harum quidem linguis, & duplicibus nominibus, & nouatis, raro, & paucis in locis uti debemus; ubi uero; post dicemus; nam quam ob causam, dictum est; quippe quia in maius, quam decet, immutant. proprium uero, & ad naturam accommodatum; & translatum ad nudarum duntaxat elocutionem orationum proficiunt; cuius rei signum est, quod his solis omnes utuntur; siquidem omnes translati, & ad naturam accommodati;

pro-

propriisq; loquuntur. Ex quo intelligi potest, si quis probe fecerit; fore, ut peregrinitatem adhibeat; & occulte faciat; & perspicue dicat, quæ sermonis oratorij natus est. Ex nominibus autem sophistæ qui dem homonymia utiles sunt; quia fraudem his facit; poetæ uero synonymia: uoco autem propria, & synonyma; ut, ire & proficisci; hæc enim ambo inter se propria, & synonyma sunt. Ac quid horum quidem unumquodque sit; & quot species translationis; & ut translationes hoc in primis tum in poesi, tum in orationibus ualeant; expositum est; quemadmodum diximus, in iis, quæ de poetica scripsimus: tanto autem uehementius de ipsis in oratione laborare oportet; quanto paucioribus oratio, quam uersus, præsidii est in structa. Ac translatio quidem perspicuitatem, suavitatem; & peregrinitatem in primis habet; neque eam ab alio sumere licet. Oportet autem & epitheta, & translationes dicere, quæ conueniant; id quod erit, ex proportione: si minus; indecorum uidetur, quia contraria inter se collata maxime eluceunt: uerum uidere oportet, ut iuuenem purpura; sic senem quid; neque enim eadem decet uestis: & si ornare uelis; à meliore eorum, quæ eodem

uendum ualent genus sunt enthyemata
ab iis, quæ ad confirmandum apta sunt,
separatum; nam sine dubio soluit qui-
dem, qui aut demonstrat, aut obiectio-
nem affert; uerum oppositum contra de-
monstrant: exempli gratia; si ostendit fa-
ctum esse; hic non factum esse; si autem
non factum; hic factum: quare nihil in-
tererit; quia iisdem ambo utuntur; si qui-
dem ad ipsum non esse, aut esse, enthy-
memata adhibent: neque uero obiectio
est enthyema; sed (quemadmodum in
Topicis) opinionis alicuius pronunciatio,
ex qua syllogismo conclusum non esse, aut
falsi aliquid sumptum esse, patet: Quo-
niam autem tria sunt, quæ tradere de ora-
tione oportet, de exemplis quidem; &
sententiis; & enthyematisbus: & omni-
no de iis, quæ ad animi sensa pertinent;
& unde copiam comparabimus, & quem-
admodum ea dissoluemus, tam multa no-
bis exposita sint. Reliquum est autem
ut de elocutione, & dispositione perga-
mus.

ARIST.

A R I S T O T E L I S
A R T I S R H E T O R I C A E ,

Carolo Sigonio Interpretate ;

L I B E R T E R T I V S .

De elocutione .



V M tria sint, quæ tradere de oratione oportet, unum, unde fides existent; alterum de elocutione; tertium, quemadmodum partes disponere orationis expedit: fides quidem expositæ sunt, & ex quot sint; nempe ex tribus; & hæc qualia, & quare tot sola; aut enim, quia ipsi aliquo modo sint affecti, qui iudicant; aut quia cuiusdammodi existimant eos, qui dicunt; aut quia demonstratum sit, assentiuntur omnes; dictum uero est etiæ, unde promenda enthymemata sint; nempe, partim ex formis enthymematum; partim ex locis: consequens ergo est, ut de elocutione dicamus; neque enim satis est, habere, quæ oportet dicere; sed necesse est etiam hæc dicere, ut oportet;

N 3 ua-

1731.2 A

valetque ad id multum, ut oratio cuiusdammodi videatur. Ac primum quidem quæstitum est secundum naturam, quod natum est primum; res uidelicet ipsæ, unde fidem habeant; deinde uero quemadmodum eæ dicendo tractentur; tertium autem horum, quod uim quidem habet maximam, nondum uero tentatum est; actio; etenim in tragicam, & rhapsodiam sero prodit; quippe quia tragedias ipsi poetæ primum agebant; ex quo apparet, perinde in rhetorica usuiuenire, atque in poëtica quoque; id quod nonnulli alij tradiderint, tum Glauco Teius: hæc autem mersatur in uoce, quemadmodum ea ad singulos affectus adhibere conueniat; ut eluti, quando magnam; & quando parvam; & quando mediocrem; & quo modis tonos, ut acutum; & grauem; & medium; & quos rhythmos ad singulos tria enim sunt, quæ inquitunt; nempe, magnitudo; concentus; & rhythmus: ac præmia quidem ferme ex certaminibus isti referunt; & ut illic plus ualent actores hodie, quam poetæ; item in ciuilibus contentionibus, uictio Rerum publicarum. Nondum autem ars harum rerum est constituta; quia & sero elocutio prodiit: quæ quidem (si probe iudicetur) leuis res esse uide-

nidetur: uerum cum ad opinionem tota rhetorica pertractatio referatur; non ut rei, quæ recte habeat; sed ut necessaria, suscipienda cura est: neque enim plus in dicendo laborare debemus, quam ut neque molestia, neque iucunditate afficiamus; siquidem rebus ipsis decertare oportet: quare cetera præter demonstrationem ipsania sunt; sed multum tamen ualent, propter prauitatem (ut diximus) auditorum. Ac paruam quidem nescio quam elocutio habet in omni doctrina necessitem; interest enim nonnihil ad declarandum; ita ne, an ita dicas; uerum non tantopere: sed hæc omnia phantasia constant, & referuntur ad auditorem: itaque nemo geometriam ita tradit. Illa igitur cum prodibit, idem atque histrionia efficiet: fuerint tamen, qui de ipsa etiam nonnihil prodere sunt conati; ut Thrasymachus in Miserationibus: quin etiam ad agendum aptum esse naturæ est, & minus artificiosum; elocutio uero artis est: itaque oratoribus, qui hac ualent; quemadmodum & iis, qui actione; altera præmia tribuuntur; nam, quæ scribuntur orationes plus dictione, quam sententiis pollent. Ad poetæ quidem primum, ut natura tulit, eam excitare cœperunt; siquidem nom-

na imitationes sunt; & uox tributa nobis est omnium partium ad imitandum aptissima; unde artes tum rhapsodia, tum histrionia, tum aliæ cōstiterunt: quoniam autem poetæ, cum inania dicerent, ex elocutione gloriam peperisse hanc videbantur; propterea poetica elocutio prima extitit; ut Gorgiæ: hodieque eorum plerique, qui disciplinis exculti non sunt, tales pulcherrime loqui existimant: non est autem ita; uerum alia orationis elocutio est, quam poetatis; quod ex elementis declaratur; neque enim qui tragedias faciunt amplius eo modo utuntur, sed ut res tetrametris ad iambos se contulerunt (quis hoc metrum inter alia est sermoni similestum) sic & nomina à sermonis confusione aliena deposuerunt; ea uero subiectabant, quibus prisci ornarunt, & qui hodie quoque ex metra scribunt: quoevera zidicatum est, eos, qui ipsi e modo non utantur amplius, imitari. Ex quo potiuscum est; non omnia, que de elocutione præcipi possunt, nobis esse accuratius conquirienda; sed quæ de eiusmodi, quam dicimus: de illa uero in præceptis de poetica disseruimus.

Elocu-

Elocutionem perspicuam esse de-

bere, non tamen humilem; nec
clatam.

SINT ergo illa pertractata: ac virtus
elocutionis constituitur, ut perspicua sit;
argumento est enim, quod oratio, si non
declarat; officio suo non fungitur: & ut
neque humilis, neque supra dignitatem
sit; sed decora; poetica enim fortasse hu-
milis non est; uerum orationem non de-
cet. Ac perspicuum quidem nomina, &
uerba propria reddunt: non humilem ue-
ro, sed ornatam, alia nomina, quae in pre-
cepitis de poetica sunt exposita; quia im-
mutatio efficit, ut grandior uideatur; si
quidem homines; ut erga peregrinos, &
cives; sic etiam erga elocutionem afficiun-
tur: quare peregrinus sermo reddendus
est; quia admiratores sunt eorum, qui ab-
sunt; admirabilita uero iucunda sunt. Ac
in metris quidem tum multa hoc efficiunt
tum illic conuenit; nam & res, & homi-
nes, de quibus sermo habetur, magis ex-
cellunt: in nudis autem orationibus, mul-
to paucioribus; quia argumentum infe-
rius est; quoniam & ibi si seruus, aut ual-

de

de iuuenis ornate loqueretur; minus decorum esset; aut si de rebus ualde minutis: sed uersatur in his etiam decorum aut angustius, aut latius: quocirca oportet, ut occulte faciamus, & non fite; sed à natura dicere uideamur; hoc enim ualeat ad fidem; illud uero secus; quia tanquam ab insidiatore, cauent; quemadmodum à uinis permisisti: & quale Theodori uoci ad aliorum uocem histrionum accidit; hæc enim eius, qui dicebat, esse uidebatur; illud uero alienæ. Egregie uero occulitur, si quis à communi sermonis consuetudine feligendo, componat; quod Euripides facit, & primus ostendit. Verum cum nomina, & uerba sint, ex quibus constat oratio; cumque nomina tam multas habeant formas, quam multæ in præceptis de poesi traditæ sunt; harum quidem linguis, & duplicibus nominibus, & nouatis, raro, & paucis in locis uti debemus; ubi uero; post dicemus; nam quam ob causam, dictum est; quippe quia in maius, quam decet, immutant. proprium uero; & ad naturam accommodatum; & translatum ad nudarum duntaxat elocutionem orationum proficiunt; cuius rei signū est, quod his solis omnes utuntur; siquidem omnes translati, & ad naturam accommodati;

pro-

propriisq; loquuntur. Ex quo intelligi potest, si quis probe fecerit; fore, ut peregrinitatem adhibeat; & occulte faciat; & perspicue dicat, quæ sermonis orationij usus est. Ex nominibus autem sophistæ qui dem homonymiæ utiles sunt; quia fraudem his facit; poetæ uero synonymiæ: uoco autem propria, & synonyma; ut, ires & proficiisci; hæc enim ambo inter se propria, & synonyma sunt. Ac quid horum quidem unumquodque sit; & quot species translationis; & ut translationes hoc in primis tum in poesi, tum in orationibus ualeant; expositum est; quemadmodum diximus, in iis, quæ de poetica scripsimus: tanto autem uehementius de ipsis in oratione laborare oportet; quanto paucioribus oratio, quam uersus; præsidii est instruta. Ac translatio quidem perspicuitatem, suavitatem, & peregrinitatem in primis habet; neque eam ab alio sumere licet. Oportet autem & epitheta, & translationes dicere; quæ conueniant; id quod erit, ex proportione: si minus; indecorum tridebitur, quia contraria inter se collata maxime elucentur: uerum uidere oportet, ut iuuenem purpura; sic fenerum quid; neque enim eadem decet uestis: & si ornare uelis; à meliore eorum, quæ eodem.

demi genere continentur; dicere translationem; &c; si uituperare; à deterioribus dico autem; exempli gratia; quoniam contraria in eodem genere existunt; dicere; mendicantem quidem precari; precantem vero mendicare; quia utrumq; peticio est; id est; quod dicimus; facere; quemadmodum Iphicrates Calliam, ~~ut pugnaret~~ uocauit; non ~~sed~~ dū~~x~~ā: ille autem respondit; non esse illum initiatum; neque enim se ~~pugnaret~~; sed ~~sed~~ dū~~x~~ā vocasset; utrumque enim ad deam; sed illud honoreta habet; hoc non habet: ac ille Dionysii absentatores; ipsi vero semet artifices nominant; hæc autem ambo translata sunt; illud quidem inquinantium; hoc uero se cuius; hodieque prædones ipsi felucrastores appellant: itaque licet dicere; nem, qui iniuriam facit; delinquere; & qui delinquit; iniuriam faceres & qui furatus es; emei & sumpfisse, & populatum esse. illud autem, quod Telephus Eupipidis inquit; remo imperare; sest indecosum; quia natus est; imperare; quam pro dignitate; quare haud occidum est. Inest etiam in syllabis error; si nos suavis indicia vocis sunt; quo pacto Dionysius Chalcheus; in Elegis clangorens Calliopes uocat poesim; quia ambas sunt uoces; mala uero translatio

tio è nocibus existit significatiois expertibus? Præterea vero non longe transferre oportet; sed ab iis, quæ cognata, & conformia sunt, nomine afficiendo, quæ satent; quod cum dictum sit, pateat esse cognatum, ut in enigmate illo celebri: *Kiriñādi igne as uira agglutinarem;* affictus enim uacat nomine; est tamen utrumque appositio quadam: quare agglutinatioē applicationem cucurbitulæ nominauit. At que omnino ex probe fictis enigmatibus elegantes ducere translationes; siquidem translationes enigmata parvunt; ex quo probe translatū esse apparet. Et ab honestis; nominis autem honestas (ut inquit Lycynius) in sono, & significato; eodemque modo turpitudo, consistit. Præterea atero tertia, quæ sophisticam rationem dissoluit; neq; enī est (quemadmodum dixit Bryson) ut nemo turpiter loquatur; quidem ualeat hoc pro illo dicere; est enim hoc falsum; sed, quod ab aliо magis proprium, & magis simile est; & ad rem ante oculos constitutam magis accommodatum: præterea non eodem modo se habens significatioe hoc, & illud; quare ita quoque aliud alio honestius, ac turpius significans; ambo enī honestum, & turpe significant illa quidem merum, non quatenus

nus honestum; aut non quatenus turpes;
aut hæc quidem; nerum magis, & mias.
Translationes igitur hinc ducenda sunt;
nempe ab honestis rebus. aut uoce; aut vi;
aut aspectu; aut alio quopiam sensu; inter-
est autem dicas; exempli gratia; auroram
roseodigitam potius, quam purpureodi-
gitam; aut, quod adhuc deterius est; ru-
brodigitam. Item in epithetis: licet epi-
theta: à malo, aut turpi formare; ut ma-
tricida: licet etiam à meliori; ut patris uin-
dex: & Simonides, cum præmium ei exi-
guum dabat is, qui mulibus uictoriam re-
portarat, carmen facere recusauit; quasi in
mulas carmen facere grauaretur; ubi ue-
ro idoneum dedit; fecit; *Saluete uolucrum*
filie equorum: atqui asinorum quoque fi-
liae erant. Item eandem rem diminuere;
est autem diminutio, quæ minus efficit &
malum, & bonum; quemadmodum Ari-
stophanes cauillatur in Babyloniis, pro au-
ro, aurulum; & pro toga, togulam; & pro
conuicio, conuiciolum; & morbulum; can-
te tamen agere oportet, & modum in utro-
que tenere. Frigora uero quattuor in re-
bus ex elocutione existunt; in duplicibus
nominibus; ut Lycophron; *Multiforme ca-*
lum; *Magniceruice terra;* & *Litter angusti-*
um; & Gorgias dixit; *Excedens ad-*
lator,

lator, ἐπιορθίσαται, οὐ πατερόρθίσαται: & ut Alcidamas; Furore quidem animum repletum, igniuosus nero oculos factos: Ο, τελεσφόρος rutauit alacritatem eorum futuram, Ο τελεσφόρος suadelam uerborum constituit, Ο Cærulicolor maris solum: quandoquidem hæc omnia poetica propter duplicationem uidentur. Ac una quidem hæc causa est: altera uero linguarum usus; ut Lycophron; Xersem uirum πέλωρον; Ο Sciron σίνης uir: & Alcidamas; αἴγυρμα pœsi; & naturæ ἀρασχαλαρ; Ο Mera animi ira τεγηγριένος. Tertium uero in epithetis; nempe aut longis; aut intempestiuis; aut frequentibus usurpandis; in poemate enim laculum licet dicere; in oratione uero partim indecora sunt; partim uero, si nimia sunt, arguant, ac planum faciunt, poesim esse. Quoniam autem ipsa uti operatur; quia consuetudinem immutat, & peregrinam elocutionem efficit; saltem modum intueri conuenit; quia plus mali affert, quam sit mere dicas; illa enim non habet quod rectum est; hæc uero quod uitiosum: quocirca frigida Alcidamatis scripta uidentur; quia epitheta non condimenti loco adhibet, sed tanquam cibi; usque adeo crebra, & maiora, & aperta; ut non sudorem, sed *lunidum sudorem*; neque ad

ad Isthmia, sed ad Isthmiorum mercatum; nec leges, sed reginas ciuitatum leges; neque cursu, sed cursorio animi impetu; nec Museum, sed, cum naturæ Museum accepisset, & tristem animi curam; neque gratia, sed popularis gratia opifex, & dispensator audentium uoluptatis; neque ramis, sed syluae ramis occultauit; neque corpus uelauit, sed corporis pudorem, & artiuium animi cupiditatem: hoc autem simul & duplex est, & epithetum; quare poema euadit; & ita ἐξεδπον: improbitatis exuperantiam: itaque poetice loquentes cum indecoro risum, frigus, & obscuritatē propter loquacitatem commiscent; quia quidquid cognoscenti inculcas, tenebris offundendis, perspicuitatem euertit. Homines autem duplicitibus utuntur, quoties res uacat nomine, & facile iungi oratio potest; ut χροντριβην; quod si multum sit, prorsus poeticum est: itaque dithyrambis duplex dictio commodissima est; utpote qui pleni strepitus sint: epicis autē linguae; quod res grandis, atque superba sit: iambicis uero translatio; quod has hoc tempore frequentent; ut dictum est. Præterea uero quartum frigus in translationibus oritur; etenim translationes quoque sunt indecora partim, quia ridiculae sunt; siquidem & comici

comici translationes usurpat; partim, quia grandes nimis, ac tragicæ: obscuræ uero si longè; ut *Gorgias*; *Pallidas*, atque exangues res. *Tu uero hæc turpiter seminasli*, male uero metisti; nimis enim poetice: & ut *Alcidamas*; *philosophiam propugnaculum legum*; & *Odyssæam humanae uitæ speculum*; & *Nullum eiusmodi ægypciæ poesi afferens*; quia hæc omnia parum ad fidem apposita sunt; ob ea, quæ diximus: illud uero *Gorgiæ in hirundinem*, quæ reliquias aduersus cum uolans demiserat; optime inter tragicos: dixit enim; *Turpe sane o Philomela*: aut enim, si fecisset, non turpe; at uero uirgini turpe. recte igitur conuicium dixit; cum quod fuit, non quod est, dixit. Est autem similitudo quoq; translatio; siquidem paulum discrepat; cum enim de Achille dicit; *Vtque leo ruit*; similitudo est: cū ueroq; *leo ruit*; translatio; quia ambo fortis sunt, leonem Achillem transferendo uocauit: utilis est autem etiam in oratione; sed raro; quia poetica est. eliciendæ uero, quo modo translationes; siquidem translationes sunt eo, quod dictum est, differentes: sunt autem similitudines; ut quam Androtio in Idrieum; quippe similem canibus esse, qui ex uinculis; illi enim obuios mordent; & Idrieum ex uinculis relaxatū

O esse

310 ARIST. ART. RHET.
esse molestum. Et quo modo Theodamas Archidamum comparabat Euxeno geometræ ignaro; & ex proportione; erit enim & Euxenus Archidamus geometricus. Et illud in politia Platonis; quippe qui mortuos spoliant, similes esse canibus, qui lapides mordent, nec iacentes attingunt. Et in populum; similem esse nauclero robusto quidem, sed surdastro. Et in uersus poetarum; similes esse uenustis sine pulchritudine; quia illi ubi defloruerint; hi ubi dissoluti sunt; similes non uidentur. Et illa Periclis in Samios; similes eos esse infantibus, qui mansum accipiunt, sed cum pectoratu. Et in Boeotos, similes esse illicibus; illices enim à semet contundi; item Boeotos inter se depugnare. Et Demosthenes in populum; similem esse iis, qui in nauibus nausearent. Et quomodo Democrates oratores nutricibus comparauit, quæ mansum deglutientes saliuia infantes inundant. Et quo modo Antisthenes gracilem Cephisodotum thuri assimilauit; quia dum consumitur, iucunditate perfundit; has enim omnes & ut similitudines, & ut translationes licet proferre: quare quæcunque probabuntur translationum modo prolatæ; profecto eadem etiam similitudines erunt; & similitudines translationes rationis

mis egentes. Oportet autem ut translatio-
nem ex proportione ductam semper par-
tem etiam in alteram referamus; item in
iis, quæ eiusdem generis sunt; ut si po-
culum scutum est Dionysij; & scutum Mar-
tis poculum dicere conuenit. Ac oratio
quidem ex his constituitur.

Elocutionem emendatam esse o-
portere.

ELOCUTIONIS autē principium
est, emendate loqui: id autem in quinque
rebus uersatur; primum in coniunctioni-
bus, si quis reddiderit, prout naturaliter
inter se antecedunt, ac subsequuntur; quem
admodum nonnullæ requirunt; ueluti
Quidem; & Ego quidem, requirunt; *Ver-*
ro; & *Ille uero.* Debemus autem, quo
ad meminit, inter se referre; neque longe
separate; neque coniunctionem ante con-
iunctionem necessariam reddere; quia pau-
cis in locis congruit; *Ego uero, postquam*
mihi renuncianūt, uenit enim Cleon rogans, at-
que obsecrans, profectus sum illis assumptis;
in his enim coniunctiones multæ ante red-
dendam coniunctionem sunt inculcatæ;
quod si multa essent inter, *profectus sum;*

O 2 ob-

obscuritas oriretur : ac una quidem virtus
est in coniunctionibus . Altera uero est,
propriis nominibus , & non ambientibus
eloqui . Tertia uero non ambiguis ; haec
autem nisi consulto contraria eligat : quod
faciunt , quoties nihil habent , quod dicant ,
uerum aliquid dicere simulant ; tales enim
ea de industria dicunt ; ut Empedocles ;
decipit enim circuitus , si sit multus ; at
que afficiuntur auditores aequi , ac uul-
gus inter ariolos ; quia cum ambigua di-
cunt , annuit ; *Crasus Halym penetrans ma-*
gnam peruerteret opum uim . Et quia omni-
no minor errori locus est , per rei genera
loquuntur arioli ; in ludo enim paris , &
imparis facilius aliquis paria , aut impa-
ria dixerit ; quamquot teneat ; & futu-
rum ; quam quando : quo circa arioli non
definiunt , quando . haec igitur omnia sunt
similia ; quare nisi alicuius eiusmodi rei
gratia fugienda . Quarta ; ut Protagoras
genera nominum diuidebat in uirilia , &
muliebria , & instrumenta ; quia & haec
recte reddere conuenit ; *Illa uero reuersa*,
& *collocuta discessit* . Quinta in mul-
tis , & paucis , & uno recte nominandis ;
Illi uero reuersi me uerberarunt . Omnia
uero opus est , ut quod scribitur , facile
legi , ac proferri (quod idem est) possit ;

id

id quod multæ coniunctiones non habent; nec quæ ad interpungendū difficultia sunt; ut scripta Heracliti; siquidem scripta Heracliti interpungere operosum est; quod obscurum sit, utri adiaceat; posteriori'ne, an priori; ueluti in principio ipsius libri; inquit enim; *Rationis huīus existentis semper imperiti homines sūnt;* obscurum est enī illud, *semper,* utri interpungendo adiungas. Iam uero hæc solœcismū pariunt; non reddere, nisi adiungas ambobus quod conuenit; exempli catissa; aut strepitum; aut colorem; uidens quidem, non est commune; sentiens uero commune. Obscuritas porro gignitur; si multa in medio inculcaturus, non præponendo dixeris; hoc modo; *Debebam enim locutus cum illo hæc, & hæc, & hoc modo, proficiisti;* non autem; *Debebam enim locutus cum illo proficiisci;* deinde; *hæc, & hæc, & hoc modo facta sūnt.*

Quæ tumore orationis efficiant;

A D tumorem uero orationis hæc ualent; orationem pro nomine adhibere; ut non circulum, sed planicien à medio ad qualem: ad concisionem uero contra; pro oratione nomen. Et si turpe; aut indecor-

O 3 rum

rum sit; si in oratione sit turpitudo, non dicere; si autem in nomine, orationem. Et translatis, & epithetis eloquorem declinando poeticum. Et unum multa facere; quod poetæ factitant; cum unus sit portus, tamen dicunt; *Portus in Achaeos*; & *Epiſtolæ hæc luctuosa uolumina*. Et non coniungere; sed utrique intertrunque adiungere; *tūs γνῶμος tūs μητέρες*; si autem concise; contra; *tūs μητέρες γνῶμος*. Et cum coniunctione dicere: si autem concise, sine coniunctione quidem, non inconiuncta tamen; ut *Profeſsus*, & *Lorutus*; *profectus locutus sum*. Quin etiam illud Antimachi utile est, quæ non habet, commemorare; quod ille facit in Teumesso; *Est quidam uentosus parsus collis*; quia sic augetur in infinitum. Valet autem & in bonis, & in malis, hoc non habere, utro modo fuerit utile: unde etiam poetæ nomina ducent, *αχορδοι*, & *αλυροι μελοι*; quia ex priuationibus infestant; probatur enim hoc, si in translationibus ex proportione dicatur: ut si dicamus, tubam esse *αλυροι μελοι*.

Orationem decoram esse debere.

DECORVM autem eloquio retinetur,

bit, si affecta erit; & morata; & subiectis rebus proportione responderit: proportio-
ne uero respondet, si neque de amplis re-
bus summisse dicatur; neque de tenuibus
graueriter; neque tenui nomini adhibeatur
ornatus: sive minus; comedia uidetur;
quemadmodum facit Cleophon; similiter
enim quædam protulit, ac si diceret; ~~ne~~
~~nerandas~~ *sic*. Affecta uero; si contumel-
lia sit; irati dictio sit: si impia, ac turpia;
indignabunde, & caute dicat: si laude di-
gna; admirabunde: si miserabilia; humili-
ter: eodemque modo in ceteris. Fidem ue-
ro rei etiam accommodata ad naturam elo-
cutio parit; quia in errorem impellitur ani-
mus; quasi ille uere dicat; nam in rebus
huiusmodi sic afficiuntur: quare existi-
mant; etiam si non ita se habeat, ut inquit
orator; res ita se habere; & semper simul
afficitur ille, qui audit cum eo, qui affecte
dicit; etiam si nihil dicat: itaque plerique
rumultum excitantes, attonitos reddunt
auditores. Morata uero est ipsa, quæ à si-
gnis demonstratio ducitur; quia ei comes
ea est, quæ cuique generi, atque habitui
conuenit: dico autem genus quidem se-
cundum ætatem; ut puer, aut uir, aut se-
nrex, & mulier, & uir, & Laco, aut Thes-
salus; habitus autem, ex quibus uita eu-

iusdammodi aliquis est ; neque enim ex omnibus cuiusdammodi uitæ sunt : siigitur & nomina habitui accommodata prætulerit , mores excitabit ; neque enim eadem , neque eodem modo agrestis , & eruditus loquetur . Afficiuntur uero non nihil auditores eo etiam , quo affatim iij , qui scribunt orationes , utuntur ; *Quia non intelligit?* Omnes sciunt ; quia auditor uere cunctus captus assentitur ; ut eius rei particeps sit , cuius & omnes alij sunt . Oportunitas autem , & non oportunitas usus omnibus formis communis est : uerum in omnium exuperatione remedium est id , quod uulgo dicitur ; etenim semet ipsum increpare oportet ; uerum enim esse existimat , quoniam oratorem quod facit , non fugit . Præterea uero non omnia ex proportione respondentia simul adhibere debemus ; sic enim decipitur auditor : dico autem ; exempli gratia ; si nomina dura sint , non & uoce , & uultu , & iis , quæ conueniunt : fin minus ; apparet , quid unumquodque sit : fin autem hoc quidem , illud uero non ; clam efficit idem . Quod si mollia duriter , & dura molliter dicantur ; minus ad fidem proficit . Nomina uero epitheta , & duplicita plura , & peregrina maxime conueniunt affecte dicenti ; ignoscitur enim irato , si dicat;

dicat ; malum ouparouines ; aut ~~τίλλειρος~~
 & quando iam teneat auditores , & furere
 fecerit , aut laude , aut uituperatione , aut
 ira , aut benevolentia ; quemadmodum Iso-
 crates in Panegyrico facit in extremo ; φησι
 μηδὲν μημέν ; & οὐτινες ἔταισαν ; quia ta-
 lia furore inflammati dicunt : quo circa eo-
 dem etiam nimis modo affecti recipiunt
 itaq; ad poesim accommodata sunt ; quia
 poesis diuina numinis plena est . Aut igi-
 tur hoc modo oportet ; aut per iocum ; ut
 Gorgias fecit ; & illa in Phædro .

Elocutionem numerosam esse de-
 bere .

ELOCUTIONIS uero figura neq;
 metri compos , neque rhythmi expers es-
 debet ; illud enim parum ualet ad fidem ;
 quia fictum existimatur , & simul etiā auo-
 cat ; quia facit , ut attendatur , quando ite-
 rum simile reuertetur : ut igitur pueri præ-
 cones præoccupant , quem patronum ado-
 ptet is , qui manumittitur , Cleonē . Quod
 autem expers est rhythmi , expers est termi-
 ni : terminari uero conuenit , sed non me-
 tro ; quia infinitum suavitate caret , & co-
 gnosci non potest ; omnia uero numero ter-
 minan-

minantur; rhythmus autem figura elocutionis numerus est, cuius & metra segmenta sunt: itaque rhythmum oratio habeat oportet, uerum non metrum; alioquin erit poema: neque uero rhythmum exquisite; id autem euenset, si quadam tenus sit. Rhythmorum uero herous grandis est, & canorus, & harmonia requirens. Iambus autem ipse vulgi sermo est: quo fit, ut maxime omnium metrorum Iambos in dicendo effundat: uerum granditatem effici, & excitationem oportet. Trochaeus autem Cordaci uicinior est; id quod tetrametra indicant; siquidem uolubilis tetrametra rhythmus sunt. Relinquitur ergo Pæan, quo uti quidem à Thrasymacho incœperunt; sed quinam esset, dicere non potuerunt: tertius autem est Pæan, & ijs, quos diximus coniunctus; tria enim ad duo est: eorum uero ille quidem unum ad unum; hic uero duo ad unum: coniuncta uero his est rationibus sesquialtera; hic autem est Pæan. Ac alij quidem tum ob ea, quæ diximus, abiiciendi; tum quia metrici: Pæan autem sumendus; quia ex solo eoru, quos diximus, rhythmorum, non constat metrum, ut maxime lateat. Ac nunc quidem uno Pæane etiam incipiendo utuntur; uerum si nem à principio discrepante oportet; Pæan

Nisi autem duæ inter se opposita formæ sunt; quærum una principiō conuenit; quæmadmodum etiam iurantur: atque hic est; qui à longa incipit; & tribus breuibus terminatur; *δανογένες εἰρηνικός;* οὐ χρήσαντες τυπούς διοῖς: alter vero contra; cuius prima tres breues sunt; extrema vero producta; μετὰ δεκάμηνον διατάξαντες τυπούς πλέοντες: hic autem finem conficit; quia breuis propter imperfectionem decartat: uerum in longa amputari oportet; & fine patere non per librarium; aut per paragraphos; sed per rhythmum. Ac concinnam quidem; & rhythmi non expertem elocutionem esse debere; & qui rhythmi concinnā efficiant; & quemadmodum constituti; dictum est.

Elocutionem aut fusam, aut uersam esse debere.

ELOCUTIO uero aut fusam; necesse est; & uinculo una; quales sunt in dithyrambis anabolas; aut uersa; & antiquorum poetarum antistrophis similis. Ac fusa quidem elocutio prisca est; *ποδοτριπλοῦ ἴδιοις τετραδεσί:* quippe qua Olim omnes; nuno uero parum multi utantur: fusam uero appello; qua nullum per se finem

est.

nem adipiscitur, nisi res, quæ dicitur, absoluatur; ea uero propter infinitatem est iucunda; quia omnes finem aspicere cupiunt: quo circa in flexionibus anhelant, ac deficiunt; prius autem non laborant, dum metu prospiciunt: ac fusa quidem elocutio hæc est. Versa uero est, quæ ambitibus constat: uoco autem ambitum orationem habentem principium, & finem ipsam perse, & facilem conspectu magnitudinem; eiusmodi uero tum suauis; tum ad percipiendum facilis est: suavis quidem; quia interminato aduersatur; & quia auditor semper se tenere aliquid arbitratur, eò, q[ui] ipsi semper est aliquid terminati; illud autem nihil præsentire esse, neque aperire, suavitatem non habet: ad percipiendum autem facilis; quia facile teneri memoria potest: hoc uero; quia numerum continet, quæ ambitibus constat oratio, qui memoria custodiri commodissime potest: unde uersuum facilius omnes recordantur, q[uod] solutorum; quia numero, quo dimicuntur, astricti sunt. Ceterum ambitus etiam cum sententia terminetur, oportet neque, ut iambica Sophoclis, abrūpatur; *Calydon*, quidem hæc, terra Pelopei soli; quia contra rū etiā suspicari, quām si diuidatur, licet, ut in eo, quod diximus, *Calydona* esse Pelon-

Iopomensi : ambitus autem unus quidem
 membris continetur ; alter uero simplex
 est : ex membris uero constat elocutio,
 quae perfecta est , & distincta , & facile
 comprehendendi spiritu potest ; non proptes
 distinctionem ; ut commemoratus ambiti-
 tus ; sed tota : membrum uero illius pars
 altera est : simplicem autem appello uni-
 membre . Ceterum tuum membra , tum
 ambitus neque mutilos , neque longos esse
 oportet ; nam quod pusillum est , efficit ,
 ut auditor sapienter hæreat ; etenim cū
 ad id , quod adhuc est ultra , & ad eius
 quem in semetipso continet , termini mon-
 dum festinans , quiescentē oratore , retrahit
 hæreat , neccesse est : longa uero efficiunt ,
 ut deficiat ; uelut iij , qui ultra terminum
 se conuertunt ; quia & isti eos , qui secum
 deambulant , derelinquent : similiter uero
 & ambitus , qui longi sunt , oratio , &
 amile aliquid anabolis fiunt ; quare enīt ,
 quod Democritus Chius in Melanippedē
 est iocatus , qui pro antistrophis anabolas
 fecerat ; Nempe capiti suo malum fuit ille ,
 qui alteri malum fuit ; longa uero anabola ei ,
 qui fecit , pessima ; hoc enim in eos etiam ,
 qui longis membris utuntur , dicere con-
 uenit ; qui uero nimium brevia membra
 habent ,

habent; ambitus non sunt; quo fit, ut auditorem præcipitem agant. Eius autem, quæ metabris continetur elocutionis, una quidem distincta est; altera uero opposita; distincta quidem; ut; *Sæpenumero admiratus sum eos, qui conciliabula coegerunt, & gymnicos ludos instituerunt;* opposita uero, in qua in utroque membro aut contrarium cum contrario componitur; aut idem est contraria fungitur; hoc modo; *Vtrisque autem profuerunt, & qui remanserunt, & qui se quieti sunt; illis enī plura quam quæ domi essent, adquisuerunt; his uero satis eorum, quæ domi essent, reliquerunt;* contraria remantere, sequi; satis, plus; *Quare & pecuniarum indigentibus; & frui uolentibus; frumentis acquisitioni opponitur; item;* contingit sape in his, ut & prudentes male agant, & imprudentes bene. Statim quidem virorum fortium præmia obtinuerunt, non ita uero multo post maris imperium pepererunt. Terram quidem nauigasse, mare aero inambulasse. Hellesponto quidem iuncto, Athos uero perosso. Et natura cum sint ciues, lege ciuitatis priuari. Alij enim eorum male perierunt, alijs uero turpiter seruati sunt. Primitim quidem barbaris seruis uti, publice uero multos socios seruientes despicere. Aut uiuentes habituros, aut mortuos relitturos. Et

. 330

quod

quod in Pitolaum, & Lycophronem quidam in iudicio dixit; *Hic, cum domi essent, uos uendebant; ad nos profecti nemundati sunt;* hæc enim omnia id, quoque diximus, patiunt. Habet autem eiusmodi dictio suauitatem; quia contraria notissima, & inter se comparata notiora existunt; & quia propè ad syllogismum accedunt; siquidem collectio oppositorum denchis est: ac eiusmodi quidem uocatur Oppositio: Compar uero; si æqualia membra sunt; Similiter autem definens; si utrumque membrū similes exitus habeat; at uero aut in principio, aut in fine habeat, necesse est; & principium quidem semper nomina; finis autem extremas syllabas, aut eiusdem nominis casus, aut ipsum nomine: in principio quidem ita; *αγρὸν γαρ ἐλαβει αργὸν παρεινεῖ.* Διφριτοίτ. ἐπέλοσσο παρραριτοί πεπάσσου: in extremo uero; *αἴγιςσαν αὐτὸν παδιαντετενίναι,* αλλ' αὐτῆι αἰτιοι γεγονέναι. Εἰ ταῦτα scilicet δὲ φρυτίσια, εἰ ἀλεχίσαται εἰσίσικα-
sus autem eiusdem; αἴτιος τοις τεθνεῖν χαλ-
κης; οὐκ αἴτιος ων χαλκης; idem autem no-
men; τοι δὲ αὐτοις καὶ σύνταξις εἰστις οντος το-
ύπρι γράφεις κανὼς: à syllaba uero; μήτηρ πα-
-τερ διαρεψ, εἰ αἴτιος εἰδες αργαρ. Fieri autem
potest, ut idem simul omnia habeat; idem
que Oppositiū; & Compar; & Similiter
de-

definens sit. Principia uero ambitu ut in ser
me in Theodectijs numerata sunt: uerum
& false oppositiones existunt; quales fecit
Epicharmus; τόκα μέρη δι τύπος ἐγών ήμ, τόκα
δέ παρα τύπος ἐγών.

Qualis urbana elocutio sit.

QVONIAM autem explicatum de
his est; unde urbana demum, & probata
dicta ducantur, aperiamus. Ac ea qui-
dem fingere, ingeniosi, aut exercitati ho-
minis est; tradere uero, artificij huius:
quamobrem exponamus, ac numeremus:
hinc uero capiamus exordium. Omnibus
sane illud à natura insitum est, ut uolupta-
tem, facile discendo, percipient; nomina
uero significant aliquid; quare ut quodq;
nomen maxime efficit, ut discamus; ita
plurimum efficit uoluptatis: ac linguae qui-
dem intonatæ, propria uero cognita sunt:
translatio. uero hoc potissimum præstat;
cum enim senectutem, stipulam, aliquis di-
xit, effectit, ut disceremus, atque ex ge-
nere cognosceremus; quia utrumque de-
floruit. Ac idem quidem poetarum etiam
similitudines præstant: itaque si recte; ur-
banæ uidentur; est enim similitudo (quæ
admodum supra diximus) differens adiu-
stione translatio: quare minus delectat;
quia

quia longior est, neque hoc illud esse inquit; uerum neque animus hoc requirit. Necesse est igitur & locutionem, & enthemata illa urbana esse, quæ, ut celeriter discamus, efficiunt: quocirca neque eminentia enthemata probanda (eminencia uero vocamus, quæ sunt omnibus nota, & quæ scrutari non attinet) neque, quæ postquam prolatæ sunt, ignoramus; sed quæ simul dum proferuntur, intelligimus, etiam si ante non intelligebamus; aut quæ paulo post mentis agitatione consequimur; siquidem efficitur quasi perceptio quædā, illo uero modo neutrum. Ac si sententia quidem eorum, quæ dicuntur spectatur, huius generis enthemata probantur; si autem elocutio, figura, quidem; si oppositi dicatur; hoc modo; *Et pacem alijs communem, priuatis suis rebus bellum existimantibus;* bellum paci opponitur: nominibus uero; si translationem contineant, eamq; neque alienam, quia ad uidendum difficilis est; neque eminentem, quia haudquam afficit: præterea ante oculos ponant; quia cernere, quæ aguntur potius, quam quæ agenda sunt conuenit; quo sit, ut hæc tria spectare debeamus, translationem; oppositionem; & actum. Ceterum cum translationes quattuor sint, probantur in

tur in primis, quæ ex proportione ducuntur; quemadmodum Pericles dixit; *Iuuentutem, quæ in bello ceciderat, non aliter è civitate sublatam esse, quam si quis uer ex anno eximeret.* Et Leptines de Lacedæmoniis; *Non oportere pati, ut altero oculo Græcia orbaretur.* Et Cephisodotus, Charete de referendis rationibus belli Olynthiaci laborante, moleste tulit, cum diceret; *Eum, cum in furno populum inclusum haberet, rationes referre conari.* Et cum aliquando Athenienses adhortaretur, ut frumentatum in Euboeam irent, dixit; *Oportere Miltiadis decretum exire.* Et Iphicrates, cum Athenienses fœdus cum Epidauriis, maritimamque oram incolentibus percussissent, grauiter tulit, cum diceret; *Eos belli uictoria sustulisse.* Et Pitholaus Paralum; *populi clauam vocabat: Sestum nero; cellam frumentariam Piræi.* Et Pericles Aeginam, lippitudinem Piræi, tolli oportere censebat. Et Moerocles cum quendam botium virum nominasset, dixit; *se illo nihil nequorem esse; nam illum inter nos nequam esse, se in deo.* Et Anaxandridæ iambe de filiabus nubere cunctantibus; *νηρη περιποιησι τῷ γατων τικτοθέντι.* Et illud Polyeucti in quendam Speusippum apolepticum; *Eum non posse consistere,*

sſtere, quamuis τετευχίω morbo conſtri-
 cūm. Et Cephisodotus triremes, pieta
 pistrina, uocabat: Canis autem, caupo-
 nas; Attica phiditia. Aeson uero dixit;
 Ciuitatem Siciliam effuderunt; hoc enim trans-
 latio eſt, & ante oculos ponit. Item; *Vſ-*
que adeo ut Gracia inclamarit; & hoc quo-
 dammodo translatio; & ante oculos. Et
 Cephisodotus monebat, ut cauerent, ne
 multas conflictiones fufciperent, conciones.
 Et Isocrates; *Adeos, qui ad mercatus con-*
curreunt. Et ut in oratione funebri; *Ae-*
quum erat, ut in sepulchro eorum, qui in Sala-
mīne occubuerunt, Gracia tonderetur; quia li-
 bertas cum illorum uirtute sepelliretur; si
 enim dixisset; æquum eſſe, ut lacrymareret,
 quod uirtus sepelliretur; translationem ad
 hibuisset, & rem ante oculos subiecisset:
 at illud; *libertas cum uirtute;* quandam co-
 tinet oppositionem. Et quod Iphicrates
 dixit; *Iter orationis meq; fiet per medias res*
a Charete administratas; translatio eſt ex
 proportione, illudque, per medias; ante
 oculos ponit; & dicere; *Aduocare pericu-*
la, ut periculis ſubſidio ſint; translatio eſt,
 quæ ante oculos ſubiicit. Item Lycoleon
 pro Chabria; *Neq; ſupplicem æneam illius*
ſtatuum reverentes; translatio; eſt enim in
 praſenti, non autem ſemper, uerum an-

te oculos ponit; quia dum ille in periculo est, statua supplicat; quare anima inanimato tribuitur. *Commentarium rerum à ciuitate gestarum*. Item; *Quacunq; ratione, ut humilia saperent, meditantes;* quia *Meditari* est quiddam augere. Item; *Mentem deus lumen accendit in animo;* quia ambo illuminant aliquid. *Neq; enim bella dissoluimus, sed differimus;* quia ambo futura sunt, tum dilatio, tum pax eiusmodi. Item dicere; *Tactiones trophaeum esse multo præclarius, quàm quæ in bellis eriguntur;* quod hæc pro paruis rebus, & uno fortunæ successu ponuntur; illæ uero pro toto bello concipiuntur; quia ambo uictoriae insignia sunt: *Nam & ciuitates magnas pœnas hominum uituperatione soluerunt;* quia pœna iusta quædam noxa est. Ac urbana quidem ex translatione proportionis, ipsaque sub oculos subiectione duci, expostum est. Quid autem sub oculos subijcere appellemus; & quia re obeunda, hoc assequemur, est exponendum. Dico ergo, ea sub oculos subijcere, quæcunque res agentes significant; ut bonum uirtutum, dicere esse quadratum; translatio est; quia ambo perfecta sunt, uerum non significat actum; sed illud; *Florentem uigorem habens;* actus est. Et illud; *Te uero tanquam*

quam aperop; actus. Et Hinc Grati con-
titati pedibus; Conicitati actus, & trans-
latio. Et quemadmodum nititis in locis
factitauit Homerus, inanimatis animu|tribuendo
, per translationem. In omnibus
autem actus conformatio commendatur;
ut in his; Iterum ad ima uoluebatur lapis
impudens. Item; Euolauit sagitta. Item;
In terra stabant cupientia corpore saturari.
Item; Cuspis penetravit pectus sanguinis aut-
da; in his enim omnibus eo quia anima-
ta sunt, actus elucet; nam impudentem,
& audum esse, & alia, actus sunt; quæ
quidem ex proportione translationis ap-
plicuit; quam enim rationem habet lapis
ad Sisyphum; eandem impudens ad id,
cuius ipsum non pudet: atque idem in pro-
batis quoque similitudinibus efficit, in re-
bus inanimatis; Curua, abescentes, munc
hinc, nunc inde recurrunt; facit enim omnes
moueri, & uiuere: actus uero imitatio est.
Ceterum à rebus propriis, & minime aper-
tis transferre oportet; quemadmodum ante
dictum est: quo pacto etiam in philosophia
similitudinem longe distantibus in
rebus cernere, solertis hominis est; quem
admodum dixit Archytas; idem arbitru,
atque aram esse; quia utroque confugit,
qui iniuriam passus est. Aut si quis dice-

p. 3. ret;

ret; anchoram, atque cremastram idem es-
se; uerum superno, atque inferno differ-
re. Et illud; *Ciuitates adæquatas*; in lon-
ge distantibus rebus; superficie, & opibus;
eadem est æqualitas. Maxima uero pars
urbanorum à translatione, & à præceden-
te deceptione ducuntur; eo quia apparet
magis ipsum didicisse, & uidetur animus
dicere; Quam uere; ego autem errabam.
Et apophthegmata, quæ urbana sunt, ex
eo sunt; quia non, quod inquit, dicunt;
ut illud Stesichori; *Fore, ut cicada apud
se humi canant*. Et quæ egregie in modum
ænigmatis obscurata sunt, propter eandē
rationem iucunditate afficiunt; quia per-
ceptio fit, & translatio dicitur. Et, ut
inquit Theodorus; res nouas dicere; id
quod fit, quoties incredibile, & non (ut
eius uerbo utar) priori opinioni consenta-
neum sit; qualia in ridiculis, quæ leuiter
immutata sunt. Atque hoc etiam sales ab
annominatione ualent; nam errorem obij-
ciunt etiam in uersibus; neque enim quem
admodum suspicabatur auditor; *Ingre-
diebatur habens sub pedibus perniones*; sed
ille calciamenta dictorum existimauit; hoc
autem simul ac dictum est, patere oportet:
annominationes uero efficiunt, ut non
quod inquit dicat, sed quod nomen inuer-
tit;

tit; ut illud Theodori in Niconem citha-
rœdum; οράττεσε; simulat enim dicere,
οράττεσε, & decipit; quia aliud dicit: ita-
que discétem oblectat; quia nisi Thracem
illum esse suspicetur, urbanum illud esse
non uidebitur. Item illud; *Vis illum πέρ-*
σα: utrumque autem nomen conuenien-
ter prolatum esse oportet. Eadem uero ur-
banorum etiam ratio est; ut si quis dicat;
Atheniensibus maris αρχήν, non αρχήν fuisse malorum; nam quæstum fecisse. Aut
quemadmodum Isocrates; *τὴν αρχὴν ci-*
uitati αρχὴν fuisse malorum; quia utroq;
modo, quod nemo dicturum putasset, id
dictum est; idque uerum esse cognitum
est; nam *τὴν αρχὴν;* dicere αρχὴν esse, haud
sapientis sane hominis est; uerum non ita
inquit, & αρχὴν, non quod dixerat, ne-
gat; sed aliter. In omnibus autem his, si
nomen per homonymiam, aut translatio-
nen conuenienter intulerit, tunc uirtus
inest; ut, *Anaschetus, non αὐαρχετός;* ho-
monymiam negavit. Ceterum conuenien-
ter fit, si semper bis. Et *Non eris magis,*
quam te oportet, hospes hospes. Aut; *Non*
magis, quam te oportet; idem. Et, *Non*
oportet hospitem semper hospitem esse; quia
& hoc alienum est; quin etiam eandem
uim scitum illud dictum Anaxandridæ ha-

P 4 bet;

bet; *Aequum est mori*, priusquam morte dignum aliquid gerat; idem est enim, atque si dicatur; *Dignum est mori*, cum non sit dignus mori. Aut, *Dignum est mori*, cum morte non sit dignus. Aut cum res morte dignas non gerat. Atque horum quidem elocutionis forma eadem est; sed quo breuius prolati, atque oppositius erunt, eo magis laudata erunt; idque ob eam causam, quod propter oppositionem percipientur facilius; propter exiguitatem uero, celerius: semper uero adsit oportet aut is, in quem dicitur, aut recta prolatione si quod dicitur uerum, & non inane futurum est; siquidem haec separatim habere licet; ut, *Mori oportet, nihil peccantem*; sed urbanum non est. *Dignum ducere dignum oportet*; sed urbanum non est; uerum si simul utrumque habuerit; *Dignum est mori*, qui non sit dignus mori: quo uero plura habuerit, eo urbanius iudicabitur; ueluti si nomina translata sint, & id genus translata, & opposita, & comparia, & actum habentia. Nam nero similitudines (etiam ut supra quoque perpetuo admonitus est) probatæ, quodammodo, translationes existunt; semper enim ex duobus ducuntur; ut proportionis translatio: quomodo scutum, dicimus, est *poculum Martis*;

nis; & arcus *cithara sine thordis*: ac ita quidem si dicamus, non est simplex: at si arcum citharam dicamus; aut arcum posculum; simplex: quin etiam ad hunc modum similitudines conferunt; ut tibicinis cum simia; luscosi cum stillante lucerna: quia utrumque contrahitur: virtus autem elucet; cum translatio inclusa est; licet enim scutum *pocula Martis*: simile esse dicere. Et parietinas *panno domus*. Et Niceratum dicere, *Philocratem esse à Praetye morsum*; quemadmodum Thrasymachus comparauit, cum Niceratum à Praetye in rhapsodia superatum, ceterum promisso capillo adhuc; & sordidatum conspicatus esset: quo in genere in primis exploduntur poetæ, nisi bene se gesserint; etiā si magni nominis sint: dico autem, quando ita reddunt; *Vt apium, distorta crura gerit.* *Vt Philammon de iugo cum Coryco decertans.* Et alia eiusmodi omnia similitudines sunt: similitudines autem esse translationes, dictum est sàpius. Præterea prouerbia translationes à specie ad specie sunt; ut si quis quid, quasi commodum capturus, inuixerit; deinde detrimentum accipiat; *Vt Carpathius,* inquit, *leporē;* ambo enim id, quod dictum est, pertulerunt. Ac unde quidem urbana dicta du-

can-

cantur ; & quamobrem ; ferme exposita
causa est . Iam uero probata etiam super
lationes translationes sunt ; ut in eum, qui
sugillatis distinctam faciem habeat ; *hunc*
esse mororum calathum putassetis ; est enim
rubrum quiddam sugillatum : uerum ni-
miam admodum : illud autem ; *Vt id, &*
id ; superlatio est , locutione differens ;
Vt Philammon de iugo cum Coryco decertans.
Existimassetis ipsum Philammonem esse , qui
cum Coryco decertaret . *Vt apium, crura di-*
storta fert . *Putabam non crura, sed apia ha-*
bere, usque adeo distorta sunt . Ceterum su-
perlationes pueriles sunt ; quippe quæ ue-
hementiam indicant : itaque eas potissi-
mum irati frequentant ; *Non si mibi tam*
multa det, quam multa sunt arena, & puluis ;
Agamemnonis Atrida filiam ducam ; neque si
cum aurea Venere pulchritudine contendat, in-
dustria uero cum Minerua . Hoc autem ma-
xime Attici oratores utantur : itaque seni-
bus dicere , indecorum .

Elocutionem conuenientem esse
debere .

NE Q.V.E uero lateat nos oportet , di-
uersam elocationem unicuique generi con-
ueni-

uenire; neque enim eadem est scriptio[n]ū, ac contentionum; neque concionum, ac iudiciorum: utraq; autem cognitam habere necesse est; quia illud est, scire clementate loqui; hoc uero, silere non cogi, si quid comunicare cum alijs uelit; id quod accedit ijs, qui scribere nesciant. Ceterum scriptio[n]um eloquio est, qua[rum] accuratissima; contentionum uero, qua[rum] maxime cū actione coniuncta: huius autem duæ sunt species, morata una; affecta altera; quo sit, ut actores, fabulas eiusmodi; poetæ uero, actores eiusmodi consequentur. In manibus autem uersantur, qui leguntur, ueluti Chæremon, nempe quia accuratus est, ut qui scribit orationes; & Licymonius inter dithyrambicos: quin si inter se comparantur orationes, qua[rum] quidem scriptorū sunt, in contentionibus angustæ; qua[rum] uero oratorum, quanquā bene habitæ, tamen inter manus, uulgares uideantur; causâ uero est, quod in contentionibus conueniunt: itaque, qua[rum] in actione uersantur, actione detracta, cum munere suo haud fungantur; insulsa, perinde ac dissoluta, uidentur. Et idem s[ecundu]m dicere in scriptione recte repudiatur; in contentione uero etiā ab oratoribus usurpatur; quia cum actione coniuncta, sunt: ceterum qui idem dicunt uarent

rient necesse est; id quod quasi tiam militat actionis; *Hic est*; qui nos expilauit; hic est, qui decepit; hic, qui postremum prodere tentauit? quemadmodum Philemon histrio fecit tunc in Anaxandridæ Gerontomania; quando colloquuntur Rhadamanthus; & Palamedes; tum in prologo Ptorū in illo; *Ego*; nam si quis ad hæc actionem non adhibeat; evadit ille; qui trahem gestat? Quin etiam eadem dissolutorum est ratio? *Veni*; occurri; rogaui; quia actionem eis adhibere necesse est; neque quo modo, qui unum dicit, ijsdem moribus, & tono proferte: præterea proprij habent aliquid dissoluta, quod in æquali tempore multa dicta esse putantur; coniunctio enim quæ multa sunt; unum efficit: quare; ea detracta, dubitandum non est, quin; contra; unū multa fuerit: habet igitur amplificationem; *Veni*; narravi; supplicavi; multa: Videlur autem negligere, quæ narro; quæ dico? Atque hoc quoque præstare uult Homerus in illo; *Nireus*, qui ex simo; *Nireus*, qui *Aglaia filius*; *Nireus* qui pulcherrimus; quia de quo multa dicta sunt, is sæpe etiam dictus sit, necesse est; si ergo sæpe, etiam multa putantur: quare astute amplificauit, quanvis semel cius meminerit; memoriamque prodidit,

quan-

quanius haudquaquam postea uerba de illo fecerit. Ac concionum quidem elocutio umbratilis utique picturæ similitudinem imitatur; quia quanto maior turba fuerit, tanto longius spectatur: quare sumum studium in utraque inane, malumq; uidetur. Iudicium autem accuratius est, & adhuc magis id, quod ad unum iudicem est; quia præsidij minimum in oratoriis est; siquidem quod rei propriu; quodq; alienum est, facilius conspicere potest; quin etiam contentio abest usque adeo, ut sincera iudicatio sit; itaque non iidem in his omnibus oratores laudantur; uerum ubi maxime actione est opus, ibi minimum est diligentia locus; hoc autem, ubi uoce; & in primis, ubi magna. Ac demonstrativa quidem elocutio ad scribendum aptissima est; quia opus eius est lectio; secundo uero loco iudicialis. Ceterum illa elocutionis partitio, ut suavis; ut magnifica debeat esse; manis est; cur enim magis, q; temperans; aut liberalis; & si qua alia moralis uirtus existit? nam suauitatem afferent nimirum ea, quæ diximus; si modo probe uirtus elocutionis est definita; cuius enim rei gratia perspicuam, & non humilem, uerum decoram esse oportet? neque enim si loquax; aut etiam si concisa erit;

erit; perspicuitatem habebit; uerum medium scilicet conuenit: item suauitatem afferent, quæ diximus; si uerba usitata; & peregrinitatem habentia; & rhythmus; & fides ex decoro probe fuerint temperata.

Ac de elocutione quidem dictum est cum communiter de omnibus; tum priuatum de singulis generibus: reliquum est autem, ut de dispositione dicamus.

Quot, & quæ partes sunt orationis, & de dispositione illarum.

CETERVM duæ sunt partes orationis; etenim & rem, de qua dicendum est, exponere; & eam demonstrare necesse est: itaque fieri non potest, ut qui exposuit, non demonstret; aut demonstret, qui non prius exposuerit; nam qui demonstrat, aliquid demonstrat; & qui præloquitur, demonstrandi causa præloquitur: horum autem illud propositio, hoc fides est; perinde ac si quis illam quæstionem; hanc demonstrationem esse distinguat. Nunc uestro ridicule partiuntur; quia narratio orationis duntaxat iudicialis est: demonstrativa autem, & concionalis quo modo narratio esse, qualem quidem asserunt, potest?

test? aut quæ contra aduersarium dicuntur ? aut peroratio demonstratiuarum ? proœmium uero , & aduersa collatio , & repetitio tum demum in concionibus adhibentur , cum , qui contradicat , existit ; si quidem & accusatio sape , & defensio adhibentur ; uerum non quatenus consultatio est : quin etiam peroratio non omnis iudicialis orationis est ; ueluti , si pusilla oratio sit ; aut res custodiri memoria com mode possit ; quia accidit , ut ex longitudine amputetur . Ergo propositio , & fides necessariæ partes sunt ; ac præcipuæ quidē hæ : quæ uero plurimæ , proœmium , propositio , fides , peroratio ; nam quæ contra aduersarium dicuntur , inter fides reponuntur ; & aduersa collatio , suarum est ratio num amplificatio ; quare pars quædam est fidei ; quia qui hoc facit , demonstrat ali quid ; non autem proœmium , neque peroratio ; uerum in memotiam redigit . Quòd si has aliquis (ut Theodorus fecit) distribuat ; narratio altera erit , & supernarratio , & prænarratio ; & refutatio , & superrefutatio ; uerum qui formam , ac differentiam aliquam insert , imponere nomen dñbet ; alioquin inane id , ac nugatorium sit ; ut Lycimnius in Arte facit , ἐποσιμονομινας , & αποτλαμνοσιμον , & οξειον .

De

De procœmio.

AC procœmium quidem principium orationis est; perinde atque in poesi prologus; & in aulesi proaulium; hæc enim omnia principia sunt, & quasi uix munitio inuadenti. Ac proaulium quidem demonstratiuarum procœmio simile est; quia tibicines quodcumque commode canere possunt, id præcinētes, τῶν ἐνδοσιμων adnectunt; atque in demonstratiuis orationibus ita scribere conuenit; quidquid enim placuerit, initio exponentem, copulare, atque adnectere oportet; cuius rei exemplum omnes Isocratis Helenæ procœmium afferrunt; quod nulla propinquitas intercedat Helenæ cum sophistis: simul uero etiam, si euagabitur, ut non tota oratio uniusmodi sit; conuenit.

Ceterum demonstratiuarum procœmia à laude, aut uituperatione ducuntur; ut Gorgias in Olympica oratione; *Digni, quos plerique admirantur, Græci sunt; laudat enim eos, qui conciliabula cogunt, quos Isocrates uituperat; quia, munieribus corporum uirtutes excoluerunt, bene sentientibus autem hominibus nihil præmiū statuerunt.* Et à suasione; ut *Bonis uiris tribuendum*

buendum honorem esse; (unde ipse laudat Aristidem) aut certe eis , qui neque probati , neque improbi sint , sed qui cum boni sint , tamen in obscuritate uersantur ; ut Alexander Priami filius ; siquidem hic consilium dat . Præterea à iudicialibus procœmiis ; idest ab iis , quæ referuntur ad auditorem ; si de re incredibili dicatur , aut difficulti , aut inter multos diuulgata ; ut ueniam largiantur : quemadmodum Choerilus ; Nunc uero cum omnia dissipata . Ac demonstratiuarum quidem orationum procœmia ab his ducuntur , à laude ; à uituperatione ; ab adhortatione ; à dehortatione ; ab iis , quæ referuntur ad auditorem : uerum aut aliena ; aut affinia orationi τὰ εὐδόσιμα esse oportet .

Procœmia uero iudicialis idem , atque prologos dramatum , & procœmia epicorum ualere , tenendum est ; siquidem dithyramborum quæ sunt , demonstratiuarum similitudinem imitantur ; Propterea , tuaque munera , atque spolia . In logis autem , & epicis orationis ostentatio est ; ut prōspiciant , quā de re sermo habetur , neque suspensus animus teneatur ; etenim uagari , quod indefinitum est , cogit : qui ergo , quasi in manū principium trādit ; facit , ut hærens sequatur orationem : ob

Q id;

id; *Iram diua*, refer. Dic mihi *Musa* ui-
rum. Præcipe mihi sermonem alium; ut ex
Asia bellum magnum in Europam transfierit.
Quin etiam tragicis in dramate indicant,
quanuis non statim (ut Euripides) sed in
prologo tamen etiam indicant; perinde ac
Sophocles; *Pater mihi fuit Polybus*: eo-
demque modo comœdia. Ac maxime
quidem necessarium, & proprium proœ-
mij munus hoc est; indicare, quinam sit
finis, cuius causa oratio instituta est: ita-
que si nota, & parua res sit; non est uten-
dum proœmio: reliquæ uero, quas affe-
tunt, formæ; medicamenta sunt, & com-
munes: ex uero & ab oratore; & audito-
re; & te; aduersarioque ducuntur. Ac ab
ipso quidem, & aduersario; quæcunque
ad depellendam, offerendamque crimina-
tionem attinent: eorum tamen dispar est
ratio; nam qui defendit, primo loco cri-
minatione; qui accusat, in peroratione:
neque uero causa obscura est; nam qui de-
fendit, quotiescumque semetipsum est il-
latus, quæ obstant remouere necesse ha-
bet usque adeo, ut primo loco criminatio
diluenda sit: qui uero criminatur, in per-
oratione criminari debet; ut firmius me-
moria teneant. Quæ uero referuntur ad
auditorem, ab illo beneuolo reddendo;
aut

aut irato; interdum uero etiam attento; aut contra; neque enim attentum facere, semper expedit; quo sit ut ad risum traducere multi conentur: ad docilitatem autem omnia perducent, si cui placuerit; tum si bonus appareat; hos enim magis attendunt: attenti uero rebus magnis; propriis; admirabilibus; iucundis; fiunt: quare his de rebus agi, iniicere oportet: sin autem non attentos; de paruis; nihil ad eos pertinentibus; iniucundis. Neque uero nos fugiat, extra caussam eiusmodi omnia esse; quia ad prauum auditorem; & ea, quae sunt extra caussam audientem, referuntur; quoniam nisi talis sit, nulla alia de re opus procemieo sit; quam ut summatis rem exponat; ut aequo ac corpus, caput habeat: Iam uero attentos facere, omnium partium est commune, si opus sit; quia ubique magis, quam incipiendo, languescunt; quocirca ridiculum est, id in principio collocare; cum maxime omnes attente audiunt: quare ubi tempus tulerit, dicendum est; Et mihi animum adhibebe; neque enim ad me hoc magis, quam ad uos pertinet. Et exponam enim uobis rem qualiter nunquam aliis audistis, atrocem: aut adeo mirabilem: hoc autem est (ut Prodigius dixit) dormitantibus auditoribus.

Q. 2 aliquid

aliquid quinquaginta drachmarum demonstratis inferre: uerum haec ad auditorem referri, non quatenus auditor est, eò apparet; quod omnes aut crimina obiciunt, aut metus dicutiunt in procemiis; *Non dicas tu rex, quanto studio.* Quid proæmialis? & qui malam caussam habent, aut habere uidentur; præstat enim ubiq; quam in causa consistere: unde serui haud quaque interrogata respondent; sed ambages, & proæmia dicunt. Vnde uero benevolentiam comparare conueniat, & de rerum eiusmodi aliarum unaquaque præceptum est: quoniam autem probe dictum est; *Fac, ut ad Phœacas amicus; ac miserandus ueniam;* haec duo spectare oportet. In demonstratiis autem danda opera est, ut putet auditor, collaudari aut ipsum, aut genus, aut studia ipsius, aut aliquo alio modo; quod enim inquit Socrates in Funebri, uerum est; nihil negotii esse Athenienses apud Athenienses laudare; uerum apud Lacedæmonios.

Proæmia uero concionalis orationis, ex procemiis judicialis existunt: uerum, natura, nequaquam habet; etenim & de quo agatur, intelligunt; & res, nullam aliam ob causam, proæmium postulat, quam aut opter ipsum, aut aduersarios; aut, si non

quan-

quantam uelis; uerum aut maiorem, aut minorem existiment: quare aut criminationem offerre, aut depellere: itemq; aut augete, aut extenuare necesse est: horum igitur causa proœmium postulat, aut certe ornatus gratia; quia nisi eo prædicta sint, abrupta uideantur; tale enim Gorgiæ entomium est in Eleos; quia nullo connixu, nulloque motu ante adhibito, conformatum orditur; *Elis beata ciuitas.*

DE C R I M I N A T I O N E. uero; unum est, unde malam aliquis opinionem detraxerit; etenim aliquo ne orante, an securus, nihil refert: quare hoc generale est.

Alius modus est; occurrere non aliter, atque iis, de quibus controuersia existit; nempe, aut non esse; aut noxiū non esse; aut non huic; aut non tantopere; aut iniustum non esse; aut non ualde; aut non turpe; aut non magnopere: tales enim res in controuersiam ueniunt; ut Iphicrates aduersus Nausicratem; asseruit enim se fecisse, quod ille dicebat; itemque nocuisse; uerum non iniuste fecisse.

Aut qui iniuste facit; compensare; si noxiū; at honestum; si molestum; at utile; aut aliquid tale.

Alius modus est; quod errore commissum est, aut infortunio, aut necessitate ut-

Sophocles confessus est ille quidem, se tremere; uerum, non quemadmodum qui criminabatur, aiebat; ut senex uideretur; sed ex necessitate; neque enim se annos octoginta libenter agere.

Et cuius gratia, compensare; quod non nocere uoluit; sed hoc; & non illud, quod ille fecisse criminatus est: accidit autem, ut ei noceretur; atqui odio dignus essem, si ut hoc euaderet, commissem.

Alius; num qui criminatur, simul teneatur, aut nunc; aut prius; aut ipse; aut propinquus eius.

Alius; num simul teneantur, quos illi crimi ni affines non esse fatentur; ut si purus adulter est; ergo & hic, & ille.

Alius; an aliis crimen confarit; aut ipsi alius: aut sine criminatione suspecti; ut ipse hoc tempore; fuerint; qui innocentes esse reperti sunt.

Alius; criminantem recriminari; quia absurdum est, si ille indignus sit, cui creditatur; uerbis eius fidem haberi.

Alius; si iudicium factum est; ut Euripides contra Hygianontē, à quo in Antido si impietatis accusabatur; ut qui periuriū, faciendo carmine, tradidisset; *Iuraui lingua, mentem iniuratam gero;* respondit enim, inquit; illum agere, qui iudicia ex Dionysia-

nyfiaco certamine in fora traduceret; nam ibi se rationem redditisse, ac redditurum esse, si accusare libuerit.

Alius; calumniam, quanta res sit, accusare; atque hanc diuersa iudicia constitueret.

Communis autem ambobus locus est, notas afferre; ut in Teucro Vlysses; quod Priamo sit affinis; quia Hesione soror sit: ille uero; quod pater Telamon Priamo inimicus sit; & quod exploratores non indicarit.

Alius criminatoris; rem paruam multis uerbis, magnam paucis laudando, uituperare; aut multis bonis allatis, id unum, quod ad rem pertineat, reprehendere: tales autem sunt qui callidissimi, atque iniquissimi sunt; quia rebus bonis officere, iis malo temperandis, conantur.

Illud autem crimen inferenti, diluentique commune est: quoniam contingit, ut eadem res plurium rerum gratia gesta sit; qui criminatur, eam deprauare in deteriore partem arripiendo, debet; qui uero purgat, in meliorē: exempli gratia; quod Dionedes Vlyssem præ ceteris sibi asciuit; hic quidem, quod Vlyssem optimum iudicavit; ille uero, quod non; sed quia solus ille, ut ignavius, secum non erat concertatus.

Q 4 Ac

Ac de criminatione quidem tam multa dicta sint.

De narratione.

NARRATIO uero in demonstratis quidem est, non continenter, sed in partibus; si quidem actiones persequi conuenit, ex quibus constat oratio: constat autem oratio partim ex ijs, quæ arte carent; quia qui dicit, actionum auctor non est; partim ex ijs, quæ artem habent: hoc autem est, ut res aut esse demonstretur, si fide careat; aut qualis sit, aut quanta, aut etiam omnia. Propterea uero continenter narrare omnia aliquando non conuenit; quia quæ ita demonstrantur, ægre custodiri memoria queunt; *Atque ex his quidem fortis est, ex his autem sapiens, aut iustus:* & hæc quidem oratio simplicior est; illa uero uaria, & non attenuata. Notas autem actiones in memoriam reuocare oportet; quo fit, ut plerique narratione non egeant; ut si Achillem ornare uelis; nempe quia facta uniuersi norunt; uerum illis utendum est; sin autem Critiam, oportet; neque enim multi norunt. Nunc uero ridicule narrationem breuem esse oportere præcipiunt. Atqui ut ille pistori

ftori querenti ; utrum durum , an molle m.
 subigeret ; quid ? inquit ; bene , non potest ?
 item hic eadem ratione ; oportet enim nar-
 rationem non longam adhibere , perinde
 atque neque procœdium ; neque fides lon-
 gas afferre (neque enim in hac parte uirtus
 sita est in breuitate , aut concisione ; sed in
 modo : hoc autem est , ea dicere , quæ rem
 declarant ; aut quæ adducant ad opinandū
 fecisse , aut iniuste fecisse ; aut ea , quanta
 uis , tanta esse ; aduersario uero contraria)
 sed narrationi tamen attexere quæcunque
 ad tuam uirtutem pertineant ; exempli gra-
 tia ; *Ego uero illum assidue admonebam , quæ
 iusta essent , subiiciens , ne liberos desereret .*
 Aut ad improbitatem alterius ; *Ille uero
 mihi respondit ; sibi ubi cunque fuisset , alios libe-
 ros affuturos :* id quod Aegyptios deficien-
 tes respondisse , prodit Herodotus . Aut
 certe quæcunq; iudicibus grata sunt : de-
 fensori uero minor narratio est . Contro-
 uersiæ autem sunt , aut factum non esse ;
 aut noxium non esse ; aut nō iniustum ; aut
 non tantopere : quo circa confessis in rebus
 insistendum non est , nisi quid ad illud atti-
 neat ; ut si factum est , at non iniustum .
 Præterea res gestas commemorare oportet ,
 quæcunque dum geruntur , aut miseratio-
 nem , aut indignationem non excitant ;
 cuius

De procœmio.

A C procœmium quidem principium orationis est; perinde atque in poesi prologus; & in aulesi proaulium; hæc enim omnia principia sunt, & quasi uia munitio inuadenti. Ac proaulium quidem demonstratiuarum procœmio simile est; quia tibicines quodcumque commode canere possunt, id præcinētes, τῶν ἐνδοσιμων adnectunt; atque in demonstratiuis orationibus ita scribere conuenit; quidquid enim placuerit, initio exponentem, copulare, atque adnectere oportet; cuius rei exemplum omnes Isocratis Helenæ procœmium afferrunt; quòd nulla propinquitas intercedat Helenæ cum sophistis: simul uero etiam, si euagabitur, ut non tota oratio uniusmodi sit; conuenit.

Ceterum demonstratiuarum procœmia à laude, aut uituperatione ducuntur; ut Gorgias in Olympica oratione; *Digni, quos plerique admirantur, Græci sunt; laudat enim eos, qui conciliabula cogunt, quos Isocrates uituperat; quia, munieribus corporum uirtutes excoluerunt, bene sentientibus autem hominibus nihil præmiū statuerunt.* Et à suasione; ut *Bonis uiris tribuendum*

buendum honorem esse; (unde ipse laudat Aristidem) aut certe eis, qui neque probati, neque improbi sint, sed qui cum boni sint, tamen in obscuritate uersantur; ut Alexander Priami filius; siquidem hic consilium dat. Præterea à iudicialibus procœmiis; idest ab iis, quæ referuntur ad auditorem; si de re incredibili dicatur, aut difficiili, aut inter multos diuulgata; ut ueniam largiantur: quemadmodum Choerilus; Nunc uero cum omnia dissipata. Ac demonstratiuarum quidem orationum procœmia ab his ducuntur; à laude; à uituperatione; ab adhortatione; à dehortatione; ab iis, quæ referuntur ad auditorem: uerum aut aliena; aut affinia orationi τὰ ἐνθέσιμα esse oportet.

Procœmia uero iudicialis idem, atque prologos dramatum, & procœmia epicorum ualere, tenendum est; siquidem dithyramborum quæ sunt, demonstratiuarum similitudinem imitantur; *Propter te, tuaque munera; atque spolia.* In logis autem, & epicis orationis ostentatio est; ut prospiciant, quæ de re sermo habetur, neque suspensus animus teneatur; etenim uagari, quod indefinitum est, cogit: qui ergo, quasi in manum principium tradit; facit, ut hærens sequatur orationem: ob

Q id;

id; *Iram diua*, refer. Dic mihi *Musa* ui-
rum. Præcipe mihi sermonem alium; ut ex
Asia bellum magnum in Europam transferit.
Quin etiam tragicis in dramate indicant,
quauis non statim (ut Euripides) sed in
prolōgo tamen etiam indicant; perinde ac
Sophocles; *Pater mihi fuit Polybus*: eo-
demque modo comœdia. Ac maxime
quidem necessarium, & proprium proœ-
mij munus hoc est; indicare, quinam sit
finis, cuius cauſsa oratio instituta est: ita-
que si nota, & parua res sit; non est uten-
dum proœnicio: reliquæ uero, quas affe-
tunt, formæ; medicamenta sunt, & com-
munes: ex uero & ab oratore; & auditore;
& te; aduersarioque ducuntur. Ac ab
ipso quidem, & aduersario; quæcunque
ad depellendam, offerendamque criminatio-
nem attinent: eorum tamen dispar est
ratio; nam qui defendit, primo loco cri-
minatiōne; qui accusat, in peroratione:
neque uero cauſsa obscura est; nam qui de-
fendit, quotiescumque semetipsum est il-
latus, quæ obstant remouere necesse ha-
bet usque adeo, ut primo loco criminatio-
diuenda sit: qui uero criminatur, in per-
oratione criminari debet; ut firmius me-
moria teneant. Quæ uero referuntur ad
auditorem, ab illo beneuolo reddendo;
aut

aut irato; interdum uero etiam attento; aut contra; neque enim attentum facere, semper expedit; quo sit ut ad risum traducere multi conentur: ad docilitatem autem omnia perducent, si cui placuerit; tum si bonus appareat; hos enim magis attendunt: attenti uero rebus magnis; propriis; admirabilibus; iucundis; fiunt: quare his de rebus agi, iniicere oportet: sicut autem non attentos; de paruis; nihil ad eos pertinentibus; iniucundis. Neque uero nos fugiat, extra causam eiusmodi omnia esse; quia ad prauum auditorem; & ea, quae sunt extra caussam audientem, referuntur; quoniam nisi talis sit, nulla alia de re opus procerio sit; quam ut summatis rem exponat; ut & que ac corpus, caput habeat: Iam uero attentos facere, omnium partium est commune, si opus sit; quia ubicunque magis, quam incipiendo, languescunt; quocirca ridiculum est, id in principio collocare; cum maxime omnes attente audiunt: quare ubi tempus tulerit, dicendum est; Et mihi animum adhibete; neque enim ad me hoc magis, quam ad uos pertinet. Et exponam enim uobis rem qualis nunquam aliis audistis, atrocem & adeo mirabilem: hoc autem est (ut Prodigius dixit) dormitantibus auditoribus

Q. 3. aliquid

aliquid quinquaginta drachmarum demonstrationis inferre : uerum hæc ad auditorem referri, non quatenus auditor est, eò apparet ; quod omnes aut crimina obiciunt, aut metus discutiunt in procœmiis ; *Non dicam à rex, quanto studio. Quid proœmiaris ?* & qui malam caussam habent, aut habere uidentur ; præstat enim ubiq; , quām in caussa consistere : unde serui haud quaquam interrogata respondent ; sed ambages, & procœmia dicunt . Vnde uero benevolentiam comparare conueniat , & de rerum eiusmodi aliarum unaquaque præceptum est : quoniam autem probe dictum est ; *Fac, ut ad Phœacas amicus ; ac miserandus ueniam ;* hæc duo spectare oportet . In demonstratiis autem danda opera est, ut putet auditor , collaudari aut ipsum , aut genus , aut studia ipsius , aut aliquo alio modo ; quod enim inquit Socrates in Funebri , uerum est ; nihil negotii esse Athenienses apud Athenienses laudare ; uerum apud Lacedæmonios .

Procœmia uero concionalis orationis, ex procœmiis iudicialis existunt : uerum, natura, nequaquam habet ; etenim & de quo agatur , intelligunt ; & res, nullam aliam ob caussam, procœmium postulat , quām aut propter ipsum , aut aduersarios ; aut, si non

quan-

quantam uelis; uerum aut maiorem, aut minorem existiment: quare aut criminationem offerre, aut depellere: itemq; aut augere, aut extenuare necesse est: horum igitur cauſa proœmīum postulat, aut certe ornatus gratia; quia niſi eo prædita ſint, abrupta uideantur; tale enim Gorgiæ encomium eſt in Eleos; quia nullo conni- xū, nulloque motu ante adhibito, confeſtim orditur; *Elis beata ciuitas.*

DE CRIMINATIONE. uero ſum unum eſt, unde mala in aliquis opinionem detraherit; etenim aliquo ne orante, an feciſus, nihil refert: quare hoc generale eſt.

Alius modus eſt; occurrere non aliter, atque iis, de quibus controuersia exiſtit; nempe, aut non eſſe; aut noxiū non eſſe; aut non huic; aut non tantopere; aut iniuſtum non eſſe; aut non ualde; aut non turpe; aut non magnopere: tales enim res in controuersiam ueniunt; ut Iphierates aduersus Naſiſcratēm; aſſeruit enim ſe feciſſe, quod ille dicebat; itemque nocuiſſe; uerum non iniuste feciſſe.

Aut qui iniuste facit; compensare; ſi noxiū; at honestū; ſi moleſtū; at utile; aut aliiquid tale.

Alius modus eſt; quod errore commiſſum eſt, aut infortunio, aut necessitateſ.

Sophocles confessus est ille quidem, se tremere; uerum, non quemadmodum qui criminabatur, aiebat; ut senex uideretur; sed ex necessitate; neque enim se annos octoginta libenter agere.

Et cuius gratia, compensare; quod non nocere uoluit; sed hoc; & non illud, quod ille fecisse criminatus est: accidit autem, ut ei noceretur; atqui odio dignus essem, si ut hoc euaderet, commisissem.

Alius; num qui criminatur, simul teneatur, aut nunc; aut prius; aut ipse; aut propinquus eius.

Alius; num simul teneantur, quos illi crimi ni affines non esse fatentur; ut si purus adulter est; ergo & hic, & ille.

Alius; an aliis crimen conflarit; aut ipsi alius: aut sine criminatione suspecti; ut ipse hoc tempore; fuerint; qui innocent esse reperti sunt.

Alius; criminantem recriminari; quia absurdum est, si ille indignus sit, cui creditatur; uerbis eius fidem haberi.

Alius; si iudicium factum est; ut Euripides contra Hygianontē, à quo in Antidosi impietatis accusabatur; ut qui periuriū, faciendo carmine, tradidisset; *Iuraui lingua, mentem iniuratam gero;* respondit enim, iniq; illum agere, qui iudicia ex Dionysia-

nysiaco certamine in fora traduceret; nam ibi se rationem redditisse, ac redditurum esse, si accusare libuerit.

Alius; calumniam, quanta res sit, accusare; atque hanc diuersa iudicia constitueret.

Communis autem ambobus locus est, notas afferre; ut in Teucro Vlysses; quod Priamo sit affinis; quia Hesione soror sit: ille uero; quod pater Telamon Priamo inimicus sit; & quod exploratores non indicarit.

Alius criminatoris; rem paruam multis uerbis, magnam paucis laudando, uituperare; aut multis bonis allatis, id unum, quod ad rem pertineat, reprehendere: tales autem sunt qui callidissimi, atque iniquissimi sunt; quia rebus bonis officere, iis malo temperandis, conantur.

Illud autem crimen inferenti, diluentique commune est: quoniam contingit, ut eadem res plurium rerum gratia gesta sit; qui criminatur, eam deprauare in deteriore partem arripiendo, debet; qui uero purgat, in meliorē: exempli gratia; quod Diomedes Vlyssen præ ceteris sibi ascivit; hic quidem, quod Vlyssem optimum iudicavit; ille uero, quod non; sed quia solus ille, ut ignavius, secum non erat concertaturus.

Ac de criminatione quidem tam multa dicta sint.

De narratione.

NARRATIO uero in demonstratis quidem est, non continenter, sed in partibus; siquidem actiones persequi conuenit, ex quibus constat oratio: constat autem oratio partim ex ijs, quæ arte carent; quia qui dicit, actionum auctor non est; partim ex ijs, quæ artem habent: hoc autem est, ut res aut esse demonstretur, si fide careat; aut qualis sit, aut quanta, aut etiam omnia. Propterea uero continenter narrare omnia aliquando non conuenit; quia quæ ita demonstrantur, ægre custodiri memoria queunt; *Atque ex his quidem fortis est, ex his autem sapiens, aut iustus:* & hæc quidem oratio simplicior est; illa uero uaria, & non attenuata. Notas autem actiones in memoriam reuocare oportet; quo fit, ut plerique narratione non egeant; ut si Achillem ornare uelis; nempe quia facta uniuersi norunt; uerum illis utendū est; sin autem Critiam, oportet; neque enim multi norunt. Nunc uero ridicule narrationem breuem esse oportere præcipiunt. Atqui ut ille pistori

storis querenti; utrum durum, an molle, subigeret; quid? inquit; bene, non potest? item hic eadem ratione; oportet enim narrationem non longam adhibere, perinde atque neque proœmium; neque fides longas afferre (neque enim in hac parte uirtus sita est in breuitate, aut concisione; sed in modo: hoc autem est, ea dicere, quæ rem declarant; aut quæ adducant ad opinandū fecisse, aut iniuste fecisse; aut ea, quanta uis, tanta esse; aduersario uero contraria) sed narrationi tamen attexere quæcunque ad tuam uirtutem pertineant; exempli gratia; *Ego uero illum assidue admonebam, quæ iusta essent, subiiciens, ne liberos desereret.* Aut ad improbitatem alterius; *Ille uero mihi respondit; sibi ubi cunque fuisset, alios liberos affuturos:* id quod Aegyptios deficients respondisse, prodit Herodotus. Aut certe quæcunque iudicibus grata sunt: defensori uero minor narratio est. Controversiae autem sunt, aut factum non esse; aut noxiū non esse; aut nō iniustum; aut non tantopere: quo circa confessis in rebus insistendum non est, nisi quid ad illud attineat; ut si factum est, at non iniustum. Præterea res gestas commemorare oportet, quæcunque dum geruntur, aut miseracionem, aut indignationem non excitant;

cuius

cuius rei exēplo est Alcīnoī apolodus; qui apud Penelopem uersibus sexaginta confectus est: & ut Phayllus circulum, & qui est in Oeneo prologus. Morata uero esse narratio debet: erit autem; si, quid mores efficiat, cognouerimus. Ac unum quidem est, indicare præelectionem: mores autem cuiusdammodi sunt; quia hæc cuiusdammodi est: præelectio uero cuiusdammodi est, propter finem: propterea mathematici sermones non habent mores; quia neque præelectionem; siquidē ipsum cuius caūsa non habent. At bene Socratici sermones habent; quoniā de his loquuntur. Reliqua uero morata sunt, quæ moribus singularis cōsequentia sunt; ut; *Cum hæc diceret, incedebat*; quia audaciam, & rusticitatem morum declarat. Et non tanquam ex ratiocinatione dicere, ut huius ætatis homines; sed tanquam ex præelectione; *Ego uero uolebam (siquidem id præligerem, etiam si quæslum nullum facerem) quod melius*: illud enim prudentis est; hoc uero boni; prudentis enim est in utilitate persequenda; boni uero in honestate. Et, si res fide careat; tuni denum caūsam subijcere; cuius rei Sophocles exemplū nobis suppeditat ex Antigona; quod fratrem cariorum haberet, quam maritum, aut liberos;

ros; nam eos, etiam si perierint, affuturos; *Matre uero, & patre mortuis*; frater *nunquam poterit exoriri*. Et si caussam non habeas; at te non ignorare, quod incredibilia narras; sed te talem esse natura; neque enim adduci possunt, ut credant aliquem aliud quid sponte sua obire, quam quod est utile. Præterea ex ijs; quæ afficiendi uim habent, dicere, narrantem & quæ consequuntur, & quæ sciunt, & quæ proprie aut ipsi, aut illi adsunt; *Ille uero me respiciens abiit*. Et ut de Cratylo Aeschines; quod *Exibilans, & manibus explodens*; quia ad fidem faciendā proficiunt; propterea quod ea, quæ sciunt indicia sūt eorum, quæ nesciunt: plurima uero eiusmodi mutuari ab Homero licet; *Sic ait, ast anus manus faciei obtendit*; quia qui lacrymare incipiunt, oculos attrectant. Atque ilico te ipsum cuiusdammodi inferto; ut te eiusmodi intueantur: itemq; aduersarium; uerum occulte facito: hoc autem quam facile sit; ex iis, qui nunciant; cognoscendū est; quas enim res penitus ignoramus, de ijs tamen aliquam suspicionem concipimus. Multis autem in locis narrare conuenit; atque interdum etiam non in principio.

In concione uero nullus narrationi locus

cus est; quia de futuris rebus narrat nemo: sed si narratio extiterit; rerum præteritarum erit; ut earum recordati, melius deliberent de futuris; aut criminando, aut laudando: uerum tunc suasoris munere non funguntur. Quod si res fide careat; pollicere te & caussam statim allaturum, & ad eorum arbitrium tractatum; ut Iocasta Carcini in Oedipode pollicetur assidue, cum percontaretur is, qui filium quærebat; & Aemon Sophoclis.

De fide.

FIDES autem ad demonstrandum accommodatas esse oportet: demonstrare autem opus est (quoniam quattuor de rebus est controuersia) demonstratione ad id, quod in controuersiam adducitur, afferenda: exempli caussa; si non fecisse contendit; in disceptatione ad hoc maxime demonstratio conferenda est: si uero non nocuisse; ad hoc: & quod non tantopere; aut quod iure: eademque ratione, si num factum hoc esset, in controuersiam vocaretur. Nec uero lateat, in hac sola controuersia necesse esse, ut alter improbus sit; neque enim ignoratio caussam sustinet; quemadmodum si qui de iusto contendarent:

rent: quare in hoc consistendum est diu; in aliis uero non item. In demonstratiuis autem plerunque utilium, & honestorum amplificatio inerit; facta enim credi oportet; etenim raro horum quoque demonstrationes afferunt; si fide careant, aut si causa in aliud conferatur. In concionibus autem aut euentura non esse contendimus; aut euentura illa quidem, quæ ille censet; uerum iusta non esse; aut non utilia; aut non tantopere. Videndum porro illud etiam est, si quid extra easissimam mentiatur; quia haec indicia certa uidentur; quod in aliis etiam rebus mentitur. Iam uero exempla concionibus aptissima; entyphemata iudiciis accommodatoria sunt; illa enim de futuris est, unde, ex praeteritis exempla ducere oportet; hoc uero de ijs, quæ sunt, aut non sunt; cuius rei demonstratio, necessitasque magis existit; quippe quia necessitatem quod factum est continet. Neque uero entyphemata continent proferre debes; sed permiscere: si minus; mutuo se laedunt; siquidem quanti quoque terminus est; *Care mihi, quoniam tam multa dixisti, quam multa prudens uir;* non autem talia. Neque de omnibus rebus entyphemata indagare: si minus; facies, quod nonnulli faciunt eorum, qui

in

in philosophia uersantur, qui res concludunt notiores, ac certiores, quam sint eæ, ex quibus dicunt. Et cum affectum excitas, enthymema ne proferas; quia aut affectum ejciet, aut enthymema frustra prolatum erit; motiones enim se inter se ejciunt, quæ simul sunt; & aut se ipsæ conficiunt, aut certe infirmant. Neq; cum moratam affers orationem, simul enthymema aliquod indagare oportet; quia neque mores, neq; præelectionem demonstratio continet. Sententiis autem uti debes tum in narratione, tum in fide; quia ad mores id pertinet; *Et ego dedi, quanuis scirem, credere non oportere: sin autem affecte;* Neque tamen me pænitet, quanuis iniuriam accepterim; quia isti lucrum; mihi ius superest. Est autem difficilius concionem habere; quam de iure contendere; merito; quia de rebus futuris agitur; ibi uero de præteritis; quas uates demum quoque nosse (ut dixit Epimenides Cres) possunt; ille enim de futuris rebus non diuinabat; sed de præteritis illis quidem, uerum obscuris: atq; etiam in iudicialibus lex hypothesis est; qui uero principium tenet, demonstracionem facile reperit; nec multa sane diverticula habet; ueluti contra aduersarium; aut de semetipso; aut ad afficiendum; uerum

rum minime omnium, nisi egrediatur: cui ergo copia non suppetit, is id facere debet, quod Athenis faciunt oratores, præfertim Isocrates; qui suadendo accusat; ut Lacedæmonios in Panegyrica; Charetem in Sociali. In demonstratiuis autem intexenda laudibus oratio est; ut facit Isocrates, qui semper aliquem inserit: & hoc est, quod dicebat Gorgias; haudquaquam sibi orationem deesse; quia si de Achille dicat, Peleum laudet, deinde Aeacum, deinde Deum; similiter uero etiam fortitudinem; aut hoc & illud faciat; aut aliquid tale. Ac si demonstrationes quidem habeas; & morate, & demonstratiue dicere debes: sin autem enthymematibus careas; morate: quin probo uiro magis conuenit, ut bonus uideatur; quam ut exquisita oratio.. Ex enthymematibus autem quæ refellendi uim habent, uehementius probantur, quam quæ demonstrandi; quia quæ refellunt, syllogismo conclusa esse, apertius est; siquidem contraria inter se collata sunt notiora.

QVÆ uero contra aduersarium dicuntur, diuersi alicuius generis non sunt; sed inter fides numerantur: quod est alia obiectione, alia syllogismo, dissoluere. In consultatione autem, & in iudicio, qui priore

priore loco dicit, fides suas prius expone-re , post autem contrariis occurrere sol-uendo , atque eleuando debet : quod si ad-uersa cauſa multiplex fit ; ante contrariis ; ut fecit Callistratus in Messeniaca concio-ne ; iis enim , quæ dicturi erant , sublatis ; tum ita ipſe dixit : qui uero posteriore lo-co dicit , prius contra aduersarij orationē dicere soluendo , & syllogismum opponen-do debet ; & maxime , si approbata sint ; ut enim hominem , qui in crimen ante uocatus sit , animus non recipit ; sic neque orationem ; si aduersarius bene dixisse pu-tetur : oportet igitur locum futurae oratio-ni in auditore parare : fiet autem , si remo-ueris : itaq; aut contra omnia ; aut quæ ma-xima ; aut quæ approbata sunt ; aut facile redargui possunt pugnando ; ita suis ipsius fides est comparanda ; *Deabus primum so-cius ero : ego enim Iunonem :* in his , quod insulfissimum est , primum attigit . Ac de fide quidem hæc .

A D M O R E S autem : quoniam non nulla de semetipso dicere aut inuidiam , aut loquacitatem , aut obtrectationem ha-bet ; de alio uero aut conuitium , aut ru-sticitatem ; alterum dicentem inducere de-bemus ; quod Isocrates facit in Philippo , & in Antidosi ; & quo modo uituperat Ar-chilochus ;

chilochus; quippe qui patrem de filia dicentem in Iambo facit; *Rerum insperata nulla est, nec iure iurando negari potest.* Et Charonem fabrum in Iambo, cuius principium est; *Non mihi Gyga opes.* Et ut Sophocles Aemonē de Antigona apud patrem, perinde ac si alij loquerentur. Iam uero enthymemata etiam immutare, & interdum in sententias transferre conuenit; hoc pacto; *Prudentes pactiones facere oportet, cum prospera fortuna utuntur; sic enim optima conditione fuerint: enthymematis uero; Si enim cum pactiones commodissime sunt, ac optimam conditionem afferunt. tum pacisci oportet; profecto tum, cum prospera est fortuna, pacisci oportet.*

DE INTERROGATIONE uero, oportunum est eam adhibere in primis quidem cum unum asseruerit usque adeo, ut altero præterea interrogato, consequatur absurdum; ut Pericles Lamponem de initiis sacrorum Sospitæ sciscitatus est; cui cum ille diceret, non posse, qui non initiatus esset, audire, rogauit; an ipse noster? aiente illo: at quo modo; cum non sis initiatus?

Secundo loco; cum unum quideni patteat, alterum uero interroganti dubium non sit; quin concessurus sit; cum enim

R unam

unam propositionem percontatus fuerit; quod patet , interrogare non conuenit; sed conclusionem inferre; ut Socrates, cū Melitus negaret, ipsum Deos esse putare; dixit; num dæmonium aliquid affereret? assentiente autem illo; rogavit; non ne dæmones aut deorum filii, aut diuinam aliquid sunt? aiente illo; est igitur (inquit) qui Deorum filios esse putas; Deos autem nequaquam.

Præterea; quando faturum est, ut aut contraria, aut incredibilia cum dicere demonstret.

Quarto autem loco; quando non licet, nisi sophistica responsum dissoluere; nam si ita responderit , esse , & non esse ; aut hæc quidem, illa uero non ; aut aliqua ex parte quidem , ex aliqua uero non ; consturbantur, ut hasientes; aliter autem tentare non oportet; nam si restiterit, nictus esse existimat; neque enim multa interrogari propter auditoris infirmitatem licet; quo cinca entyhemata quam maxime contrahere conuenit.

Respondere autem oportet, ad ambigua quidem , oratione distinguendo, & non concife; ad ea uero , quæ contraria existimantur, statim cum responsum solutio nem afferendo , priusquam quod reliquum est

est interroget, aut syllogismo concludat; neque enim, quanam in re ratio consitiat, prospicere difficile est: uerum tam hoc, quam solutiones nobis intelligentur ex Topicis.

Erebi, qui concludit, si conclusionem interrogando confecerit; caussam afferre; ut Sophocles rogatus a Pisanthro, an idem ipse, quod alij præconsultores de quadrinquentis uiris constituendis censuerit; assensus est: quid uero? non ne hæc tibi nefaria esse videbantur? assensus est: non ne igitur hæc tu nefaria commisisti? sane inquit; non enim meliora alia supperebant. Et Laco cum rationem de Ephorarii in iudicio redi-
deset; rogatus, an ipse alios iure pecunie existimaret; assensus est: ille uero; non ne hæc tu cum illis decreuisti? & ille assensus est: non ne igitur iure & tu (inquit) pecuniis minime uero (inquit) illi enim pecunias acceptis hæc commiserunt; ego uero nequaquam; sed ox sententia: quocirca neque post conclusionem; neque conclusio-
nem interrogare debemus; nisi multum
ueritatis sapèrfit.

D E R I D I C V L I S autem, quoniam sum quendam in contentionibus habeo uidentur; & Gorgias aduersariorum seriu-
ris, resumque seruis discutiendum esse.

metaphys.

R. 2 præ-

præcepit, & recte præcepit; quām multa
ridiculorum genera sīt; in præceptis poe-
ticæ dictum ēst: quorum unum quidem
libero homini conuenit; alterum uero se-
cūs: id igitur, quod sibi aptū est, su-
mat: est; autē iocūs scurrilitate libera-
lior; ille enim sui caussā ridiculum singit;
scurrā uero alterius.

De peroratione.

PER ORATIOnē uero quattuor in re-
bus consuminuntur, tum ut auditorem erga se-
bene, erga aduersarium male constituat;
tum ut amplificet, ac deprimat; tum ut im-
affectus auditorem impellat; tum demam,
ut memoriam renouet. Etenim ita com-
paratum natura est, ut postquam semetip-
sam uerum, aduersarium falsum esse osten-
derit; tum & laudet, & uituperet, & expo-
liat: duorum autem alterum spectare oportet,
aut se his bonum esse, aut simpliciter
illū uero his malum esse; aut simpliciter
unde uero tales constituere debeat, expo-
siti loci sunt, ex quibus bonos, malosque
conformare conueniat. Postquam uero
demonstratum hoc fuerit, natura fent, ut
augeat, aut extenuet; etenim facta con-
sistent oportet, si dicturus est, quanta sint;
siquidem

siquidem corpora ex iis, quæ ante inerant, adaugentur: unde autem augere, ac extenuare conueniat, loci supra monstrati sunt. Vbi nera hæc & qualia, & quanta sint patentes; post hæc sequitur, ut auditorem in affectus impellat; hoc est ad misericordiam, & indignationem, & iram, & odium, & inuidiam, & contentionem: quorum etiā traditi loci sunt. Quamobrem reliquum est, ut quæ ante dicta sunt, in memoriam redigat: hoc autem ita facere conuenit, uti præcipiunt in procemiis; non recte admonentes; iubent enim, ut quo facile perdiscantur, semel; atque iterum dicat: uerum ibi quidem exponenda res est, ne id lateat, de quo est iudicandum; hic uero, ex quibus est demonstrata; summatim. Principium autem ab eo sit; ea se, quæ pollicitus fiterat, persoluisse; quamobrem & quæ, & ex quibus, aperiendum: dicitur autem ab aduersa collatione aduersarij: conferre uero oportet; aut quæcumque de eadem re ambo dixerunt; idque aut ē regione; Atque hic quidem bac de re hæc ego uero hæc; & ex his. Aut à dissimulatione; ut; Hic enim hæc dixit; ego uero hæc. Item; Quid fecisset; si hæc ostendisset; non autem hæc? Aut ab interrogatione; Quid non ostensum est? Aut sic; Quid iste tandem ostendit?

282 ARIST. ART. RHET. L. III.
ostendit? Aut igitur ita; nempe à colla-
tione ... Aut secundum naturam , proīte
exposita sunt , quæ ab ipso , & rursus , si
libuerit , separatim quæ ab aduersario di-
cta sunt : Fini uero dissoluta dictio conue-
nit , ut peroratio sit , non oratio ; *Dixi;*
audistis; *tenetis;* *iudicare* ...

FINIS.

errata sic corrigito.

Pag. 57, uer. 2	multidini	multitudini
67, 25	parienda	pariendæ
89, 24	scriptam	non scriptam
113, 19	ni primis	in primis
ibidem,	boni	boni
199, 12	necessitem	necessitatēm.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

卷之三

| வாய்மை | காலம் | காலம் |
|--------|-------|-------|
| வாய்மை | காலம் | காலம் |

^{ff}
Constantine

(Yean Cebu)